



**Libellus vere aureus D. Martini Buceri de vi et vsu sacri  
ministerij : cu?m in genere tum de singulis partibus eius,  
nunquam antehac typis impressus.**

<https://hdl.handle.net/1874/433406>

g  
2

**LIBELLVS VERE  
AVREVS D. MARTI-  
NI BVCERI DE VI ET  
VSV SACRI MINISTERII**

cùm in genere tum de singulis  
partibus eius, nunquam  
antehac typis im-  
pressus.

**BASILEAE,  
Per Petrum Pernam.**

**M. D. LXII.**

LIBER V. S. VERE  
AVRVS D. MARTI  
AL. O. G. N. I. D. V. I. T.  
V. S. A. C. T. M. I. N. I. S. T. R. I. A.  
S. C. I. O. S. I. N. P. A. R. T. E. S. S. I. M. I. L. I. T. A. R. I. A.  
P. A. R. T. I. S. S. I. M. I. L. I. T. A. R. I. A.  
S. I. M. I. L. I. T. A. R. I. A.  
P. A. R. T. I. S. S. I. M. I. L. I. T. A. R. I. A.

P. A. S. I. L. I. A.  
P. A. R. T. I. S. S. I. M. I. L. I. T. A. R. I. A.

M. D. C. L. X. I. I.

# GENEROSISSIMO DO-

MINO, DOMINO FRANCI-  
SCO Comiti Bedfordiæ Senatori in consilio se-  
renissimæ Elizabethæ Reginæ Angliæ, Imma-  
nuel Tremellius Theologiæ Doctor, & eius-  
dem in Academia Heydelbergensi professor  
pacem & felicitatem in Domino optat.



Quam utile sit atq; adeò necessarium Co-  
mes Generosiss. homines de sacro Eccle-  
siæ ministerio erudire & diligenter in-  
stituere, præsertim in hac nostra ætate,  
omnes sani facile intelligunt, qui sine maximo animi  
dolore dignissimi huius ministerij confusionem aspi-  
cere non possunt. Nam omnis confusionis autor Sa-  
tan contra sanctissimum Ecclesiæ ordinem & disci-  
plinam nunquam magis, quàm hodie furijt. Nouit e-  
tenim ille Christianæ pietatis summam non in eo cõ-  
sistere, vt in animis desideat Christi cognitio, sed vt  
in vita quoq; exprimat: quod effrænis natura no-  
stra, ni ordine & disciplina adigatur, nequaquam in  
animum inducit vt præstet. Proinde excitat ille, hinc  
Papistarum coniuatam colluuiem, quæ turpissimo  
idolo suo Romano Antichristo omnia diuina & hu-  
mana, adeoq; Deum ipsum subijcit, nullamq; huius  
ministerij efficaciam esse vult, nisi illius autoritate et  
constitutum sit & exerceatur. Summam verò esse (si  
ipsum autorem habeat) ferro flammaq; defendunt:  
illinc accendit sanatica quædam ingenia, quæ contu-  
maciter

## EPISTOLA

maciter & furiose vniuersum ministerium ex eccle-  
 sia Christi sublatum volunt, clamitantes nouum Pa-  
 patum introducere eos, qui ad regulam diuinæ Scri-  
 pturæ, & vsum primitiuæ ecclesiæ sanctorum patrū  
 in ecclesia ministerium restaurare & conserva-  
 re conantur. Cū itaq; talis sit conditio hostium sa-  
 cri ministerij Ecclesiastici, vt alij eorum horribili li-  
 centia & audacia in excessum: alij verò odioso me-  
 tus commento in defectum ruant, necessaria admo-  
 dum videtur doctrina & institutio, quæ nos in regi-  
 am viam ducat atq; in ea conseruet. Hanc necessitatē  
 eximius vir & Theologiæ Doctor insignis D. Marti-  
 nus Bucerus cū vidisset, librum conscripsit, quo mi-  
 ra dexteritate ministerium totum per suas partes ex-  
 plicauit. Docetur enim in eo quæ sit ecclesia, quæ &  
 quot sint Ecclesiarum ministeria, qui & quot ordi-  
 nes ministrorum, de Doctrina, de Sacramentis & Di-  
 sciplina ecclesiastica, de Disciplina clericali, de Euan-  
 gelij et sanctorum exhortationum efficacia ex uerbo  
 Domini, de ui & efficacia sacri Baptismatis, de vi &  
 efficacia cœnæ Dominicæ, atq; horū locorum solidā  
 adiecit explicationem ex sacra Scripturæ fontibus de-  
 sumptam. Eratq; haud dubiè illi animus, per eū, in cō-  
 mune consulere, nisi morte fuisset præreptus. Cūq;  
 iam post eius obitum nō modò necessitas illa sublata  
 nō sit, sed etiam, augefcente hominum malitia, magis  
 adhuc creuerit, adeò vt nulla ferè hodie acriora mo-  
 ueantur certamina, quibus ecclesia miserè lacera-  
 tur, facere non potui quin, ea fide, qua olim illa  
 ex

N V N C V P A T O R I A .

ex ipso autore diligentissimè excepi, ac ab alijs excepta collegi, ipse nunc in tanta Ecclesie necessitate exhiberem, in eam inductus spem, quòd hic meus qualiscunque labor ad salutarem Ecclesie restitutionem plurimum sit valiturus. Spero nanque fore, vt sani omnes tanti autoris sententia & iudicio in his locis expresso, quid de sacro Ecclesie ministerio sit sentiendum, & qua ratione aduersariorum deliria cauenda & refutanda sint, planè intelligant. Cùm autem non alij regioni, sed Angliæ Regno tum florentissimo, in quo vitam quoque finiuit, librum hunc insignis ille vir reliquerit, existimaui sine vitio me non posse sub vilius non Angli nomine eum in lucem emittere.

Cùmque constantia tua, Comes Generosissime, in retinenda pura Euangelij doctrina, turbulentissimo etiam tempore, piorum tibi incredibilem conciliauerit laudem, confido, vt, si sub nomine tuo prodeat, multo magis commendetur, tutiusq; ac gratius ad piorum, per Angliam præsertim, perueniat manus. Nec dubito excellentiam tuam pro sua pietate & prudentia munus ipsum non à tenuitate donantis, sed à doctrinæ quam continet sublimitate, ab autoris amplitudine, ab Ecclesie præsentis necessitate, esse æsimaturam. Vale Comes Illustrissime, quem ut Deus ac pater Dòmini nostri Iesu Christi incolumem quamdiutissimè isti Regno conseruet, gratiaq; sua quotidie magis locupletet per Christum, ex animo precor. Heidelbergæ. 18. Septembris. 1561.

6

DE VI, ET VSV SACRI  
MINISTERII EC-  
clesiastici,

**P**ROPOSITVM est, expo-  
nere bona fide, quæ diuinæ  
nos docent Scripturæ, de san-  
cto Ecclesiarum ministerio:  
quenam sit huius ministerij vis: & quis  
vsvs. Opus itaque est ante omnia, nos  
probè tenere, quæ sit, ac rectè dicatur  
Christi seruatoris nostri Ecclesia: &  
quæ eius Ecclesiæ administratio. Hinc  
enim demũ cognosci poterit, & quod  
dici conueniat Ecclesiæ ministerium,  
& quot illud partes complectatur, &  
quam vim habeat, & efficaciam, & quo-  
modo debeat vsurpari. Et quoniam ad  
rerum quarumlibet pleniorẽ cogni-  
tionem, haud parum confert cõtrario-  
rum inter se collatio, videtur non abs-  
re esse, initio ad memoriã reuocare,  
paucis, quib. de causis, quibusq; ratio-  
nibus tã horrenda sit inuecta, & Eccle-  
siæ, & ministeriorũ Ecclesiæ dissipatio,  
tũ ignoratio, tum etiã quædã auersatio.  
Qui

Quibus de causis, quibusq; uis adeò miserum in modum Ecclesie Christi, & ministeriorum eius uis & notitia interciderit, & horror quidam huius ministerij obrepserit.

**S**uperioribus seculis Satan miris & horrendis modis Ecclesiam cõcussit perturbauitq;, iniectis portentosis cõmentis de Deo patre, & vnico conditore mundi: de Filij & spiritus sancti diuinitate: de vtracq; natura filij Dei, in vna Iesu Christi persona. Ab exortu autem Antichristi Romani, tantum non euertit Ecclesias, obtrusis pestilentissimis errorib. de proprio seruatoris nostri officio, de procuratione salutis humane, hoc est, quibusnã rationibus, & quibus etiã hominibus salutem ipse offerat atq; perficiat. In eam enim Romanus Antichristus induxit homines impiam opinionem, vt putarint, se salutẽ à Christo domino consequi non posse nisi eam percepissent eius autoritate, & permissu, & per ipsi addictos ministros, eisq;, quas ipse vel cõstituisset, vel approbasset, ceremonijs, quibus totã salutis nostre administrationem, quam



Dominus cum per semetipsum, tum  
 per Apostolos suos, nobis instituit, at-  
 que sanctificauit, peruertit partim, par-  
 tim sustulit, subintrusis ritibus suis & ido-  
 lolatricis & magicis. Persuasit enim ho-  
 minibus, sibi vni clauis Regni caelorum  
 traditas, & potestatem traditam, appli-  
 candi fidelibus, vt loquitur, meritum Chri-  
 sti, nec vnquam posse partem contingere  
 huius ministerij, nisi ab ipso percepe-  
 rit, nec vllum per hoc suum ministerium,  
 quenquam posse salutis fructus percipere,  
 qui ipsum non agnoscat, & adoret, eum  
 Christi Vicarium, & eternum ecclesiarum  
 caput, cui Dominus cunctam suam pote-  
 statem administrandam commiserit: quemque  
 dominum constituerit, omnium & ho-  
 minum, & rerum mundi, omniumque etiam  
 legum suarum. Qua ergo se impietate,  
 in hunc filij Dei locum & potestatem  
 euexit, ea impietate populis Christi eri-  
 puit, primum, germanum sensum, post  
 etiam, lectionem diuinarum scriptura-  
 rum aliquandiu occuluit, aliena eam lingua  
 populis Christi exhibendo: tandem eam  
 plane interdixit laicis, vt ex qua citius  
 noxios

SACRI MINISTERII. 9

noxios errores, quàm salutarē valerent percipere doctrinam. Ad eundem modum & sacras domini ceremonias, Baptisma, Eucharistiam, Impositionē manuum, adeò cum suis impijs cōmentis falsę doctrine, tamēq; frigide & irreligiose administravit, vt inde plebes Christi, tātūm alienari per hæc a Christo seruatore potuerit, & ad abominādos dei induci cultus, vt nimirum externo tantūm opere in his ceremonijs confiderent, parari salutem sibi, quanquam vacui essent omni pœnitentia peccatorū omni fide viua in Christum. His præterea noxis, adiecit sua noua sacramenta, varia idola Dei, & sanctorum: ossa sanctorum, aquam, salem, vestes, cereos, & alias res innumeras suis exorcismis incantatas. Sic etiā pias preces, atq; gratiarum actiones, laudesq; Dei veras sustulit, has, & aliena lingua, atq; irreligiosissima recitatione, exhibendo, & impijs inuentis suis, de diuorum meritis, intercessionibus, miraculis, & virtutibus varijs, hominibus bona & mala immittendi. Ita & cunctam Christi disci-

plinam profligauit, baptizatis confirmationis suę oleũ illeuisse cōtentus: de Catechismo, de propria cuiusq; cōfessione, & obedientiæ Christo Domino præstandę professione, de exigenda ab vno quoq; vitę suę ratione, de opportunis cōtra singulorum peccata remedijs, nulla cura. Ad magnificē extruenda, ornandaq; templa, altaria, diuorum priuata sacella, & sepulchra, palatia promentiētibus monachatū: populos pellexit falsis meritorum, & suarum indulgentiarum promissis: ferias multas indixit, sed ad horrēdas superstitiones atque vitę nequitiam: pro priuatis & publicis peccatorum emendationibus, quas nobis Christus dominus cōmendauit, vnā substituit, secretam illam peccatorum confessionem, qua vt bonas consciētias miserē excruciauit: ita malis omnem peccandi licentiam confirmauit, nouisq; satisfactionibus, vt quibus tēporalis pœna peccatorū, quę esset æterna, vi clauium ementita expiaretur. Indulgentiarum suarum thesauro congerendo, nundinationē excogitauit.

SACRI MINISTERII. II  
tauit. Abstentionis & excommunicationis medicinas, cōuertit in instrumēta suę conseruandæ tyrannidis. Vt deniq; scholarum, & pauperum, quam oportebat, curam gereret, tam ab eo abfuit, vt &, ne per alios pios viros, hæc necessaria ecclesijs officia præstarentur modis omnibus cauerit, prouentibus omnibus, ad has procurationes, domino consecratis, conuersis non in illum vsum, sed vsum suorum cantorum. Et huius sanè sceleratæ tyrannidis, & veri Antichristianismi, ministros adsciuit, quosq; profligatissimę conscientię homines, quos, vt tantū propter lucrū, vel gratiam carnalem ecclesijs præfecit, ita pro precio nulla illis non sacrilegia, scelera, & flagitia impune permisit. Hęc verò tāta mala, tam importuna facinora, sensim populis, Christi nomine insignitis, inuexit, impio tantū, & peruerso obiectu, eorū, quę dominus ad commendationē ecclesię & ministeriorum suorum, dixit: vt, *Portas infero-rem contra ecclesiam suā non præualituras; ecclesiæ suæ debere seruire om-*

nia: Se ecclesie sue semper prestò esse:  
 Regi ecclesiam suam Spiritu sancto, &  
 similium dictorum. Et de sacro ministe-  
 rio: Tibi dabo claves regni celorum:  
 Quorum remiseritis peccata, his erunt  
 remissa: Quęcunq; ligaueritis, vel sol-  
 ueritis super terram, erunt ligata & so-  
 luta in celis: Pasce oves meas: Qui cūq;  
 vos audit, me audit, & innumera hu-  
 ius generis. Se enim facit Antichristus  
 iste ecclesiam Christi, cū suo pseudo cle-  
 ro, quanquā in summis de religione de-  
 cisionibus, se solum haberi pro ecclesia  
 voluit. Cū itaq; Antichristus hic, pe-  
 stis atrocissima humani generis, eccle-  
 sie Christi, sicut doctrinā, & notitiā, ita  
 & communicationem atq; disciplinā,  
 cū omnibus eius ministerijs, adeo exi-  
 tialiter corruptit, peruertit, & profliga-  
 uit, abusus maximè eo, quod præclara  
 illa Domini de ecclesia sua, & ministe-  
 rijs eius, elogia, impio licet intellectu,  
 gentibus obiecit, inculcauitq;. arripit  
 Satā nunc istā occasionē, postquam ty-  
 rannis nefaria, & fraudes omnes huius  
 Antichristi sunt proditæ & patefactæ,  
 ad

ad alienādum & deterrendū homines,  
ab omni ecclesie, & vera communica-  
tione, & disciplina, & ministerijs. Cūm  
enim hæc perfidos Christi ministros,  
ex manifestis Dei verbis, & suo germa-  
no sensu propositis commendātur, in-  
gerit statim eam multis suspiciōē Sa-  
tan, pios, & fideles Christi ministros,  
hæc ecclesie, eiusq; cōmunionis, disci-  
pline, et ministeriorū prædicatione, eā-  
dem quam Romanus Antichristus sibi  
parauit, affectare tyrannidem. Ad quā  
falsam persuasiōē adiuuat veterator  
iste non parum, per innatam omnibus  
nobis superbiā, & arrogātiā, qua ne-  
mini sustinemus subesse, nullius ferre  
correctiōē, nemini vitę nostrę ratio-  
nem reddere. Interim autem quicunq;  
non præbet, se membrū corporis Chri-  
sti, quod est ecclesia, nec Christum ca-  
put habet. Et quorum peccata ab Ec-  
clesia non remittuntur: & qui ecclesiā  
non audit, non Christianus, sed Ethni-  
cus est, & publicanus. Quicunq; nō au-  
dit veros Christi ministros, Christū nō  
audit. Quicunque denique istum ex fi-  
dei

dei symbolo articulum sustulerit, Credo Ecclesiam sanctam, catholicam: sanctorum communionē, ille totum symbolum reijcit. Magnopere igitur interest, ad salutē omnium, totiusq; plebis Christi, vt verā, solidamq; ex verbo æterno dei cognitionē percipiamus, atque nobis cōfirmemus de his, quid nā Christi ecclesia, quę eius cōmunicatio, disciplina, & administratio. Quod non ignorans Satan miris modis etiā perturbat bonorum cōscientias, ne palam & consentientē assequantur, teneātq; horum ministeriorum cognitionem, vsumq; salutarem. Alios enim ita metus implet noui papatus, vt iam nō bene sustineant audire, ipsi domini nostri Iesu Christi de ecclesia, & eius ministerijs testimonia. Alios verò eo accendit zelo erga veram ecclesię communionem, disciplinā, ministeria, vt cū sibi nō satisfaciunt amplis, & grandibus verbis, & loquendi formis, hæc efferendi ministeria, vident alijs fiduciam hominū, rursus à domino abstractam, defigere in ministros, & eorum externa ministeria.

steria. Hinc grauissimas & perniciosas Satan excitauit cōcertationes, varijs in locis, etiā in doctissimos atq; optimos viros. Donet itaq; nobis Dominus, vt eius mediam viam teneamus, euitatis vtrinq; præcipitijs, cū falsa in res externas fiducia, tum fastidij & contemtionis, earū rerum, quibus Dominus dignatur vt instrumentis salutis nostræ. Istud verò quo assequamur, puras adferamus mētes ad doctrinam domini ipsius, traditam nobis in diuinis literis: cessat ab animis nostris, omnis humanitus facta his de rebus opinatio, solumque & sincerum studium cognoscendi placita Christi, adhibeatur. Primum itaq; omnium videamus quid doceat nos de ecclesia sua, quā suum regnū vocat & corpus. Nisi enim, vt dixi, probe cognoscamus, quæ illa sit, nec quæ sit eius administratio, quæ ministeria, quæ ue vis, & quis vsus ministeriorū ecclesie quibus Christi doctrina, quib. eius disciplina, & sacramēta administrātur, cognoscere poterimus. Quantū itaq; ad certam Ecclesie in se attinet cogni-



tionem, ita de ea docemur, claris atque indubitatis verbis Dei.

QVID SIT ECCLESIA.

**E**cclesiam Christi esse omnē populū & hominū cœtum, in corpus Christi regeneratione coaptatū, & compactum, patet: quē ipse colligit sibi, sanctificat, regit, gubernat, sanat, instaurat ad vitā æternā: vtēs ad hęc ministerio cū publico eorum, quos ipse in hoc vocat & exhibet: tum etiam priuato singulorum membrorum suorum, pro cuiusque in hoc corpore, loco & portione Spiritus sancti. Quod Ecclesia Christi non sit, nisi eorum, qui in corpus Christi sint cōsociati & coagmētati, manifestum est cūm ex alijs multis, tum ex his locis: Amē, Amē dico vobis: Nisi quis de integro fuerit natus ex aqua & spiritu, non potest ingredi regnū Dei. At regnum Dei, Christi Ecclesia est, nec nosse itaq; quid sit Ecclesia Christi, nec in eam poterit recipi, nisi in Christo domino renatus. Sunt quidem veris mēbris Christi in omnibus ecclesijs admissi, qui se Christi esse simulāt, esse verò nolunt

nolunt, sicut zizania enascuntur cum tritico, & paleę tritico adherent: putresq; pisces colliguntur cū sanis: tamen nec pisces putres, sunt sani pisces, nec paleę ac zizania, triticū. Deus volens gratiā suā offerri omnibus hominibus, mādauit, vt postquā nos intueri corda non valeamus, in gregem eius recipiamus, quicunq; fidem Euangelij cōfitentur, verbis & factis nō negāt. Hoc enim si faciant, ad pœnitentiam reuocādi sunt, in quo, si ecclesiā non audiūt, numerari non debent in membris Christi, sed in Ethnicis & publicanis. Adhęc probè obseruanda sunt, vt animi muniantur, contra falsum illud Antichristi dogma, de fide mortua, quam intelligunt assensum articulorum omnium fidei, quos ipsi prescribunt absq; charitate. Hūc si quis retineat, hoc est dicat se credere quę ipsi volunt, eum dicūt mēbrum esse ecclesie, sed non viuū. Quamquam rursus non desint, qui fidem quādam mediā ponunt inter eam, qua iustificamur, quę operatur per dilectionem, & planè fides viua dicitur: & fidē

omnino mortuam, hoc est, nihil boni operis facientem. Et est sanè quædam etiam à Domino notata fides temporaria, quæ tametsi non perduret, ac proficiat eò, vt iustum fructum ferat: in herbam tamen se effert. Hæc fides, est assensus Euangelij, qui in hoc inspiratur hominibus, etiam reprobis, vt & hi aliquo modo Deum verbis & factis glorificent, rationibusq; sanctorum commendent, atque simul nudentur omni excusatione ignorantiæ. Talis fuit fides Caini, (sacrificabat enim & ipse) Saul, Achab, Iudæ proditoris, ac omnium qui eò vsq; à Deo illuminantur, vt sacrum Dei verbum aliquo modo, & aliquanto tempore, cum gaudio amplectantur, ac degustent, participesq; fiant donorum cœlestium, atque Spiritus sancti, & tamen rursus recidunt in impietatem, in eaq; pereunt obstinati. Verùm quicquid vitæ & operis in horum fide conspicitur, manent tamen homines, huiusmodi temporario dono, & mutila fide donati, quandiu carent fide iustificatrice, extra Christum: ideo in  
mor-

morte, & sub ira Dei, omnesq; illi fi-  
 dei (qualis qualis est in illis) motus, at-  
 que in speciem benefacta, sunt dei qui  
 dem boni, bona opera, vt quibus etiã  
 per malos, generi humano benefacit,  
 ad infinitæ suæ bonitatis gloriam am-  
 plificandam, ipsis autē hominibus, qui  
 ea opera faciunt, voluntate adhuc im-  
 pia: quia sanguinem Iesu Christi, & per  
 eum oblatã iustificationē, pergunt im-  
 piē aduersari, sunt mala opera & pecca-  
 ta. Hoc tamē interest inter hos qui hac  
 quanquã euanida, & nō regenerante fi-  
 de Christū dominum verbis confiten-  
 tur, & factis nondum palam negāt: &  
 eos, qui quicquid verbis se credere di-  
 cant, factis tamen Christum dominum  
 conculcant pedibus, & sanguinē eius  
 profanum habent, quòd illi in externa  
 communicatione sunt ferendi, donec  
 suam impietatem planē prodāt: ij autē  
 quia se ipsi manifestos suæ impietatis  
 faciunt, minimē. Neutri tamen mēbra  
 fiunt vnquã vera corporis Christi, quia  
 in Christo non viuunt. Antichristi au-  
 tem Romani, & qui cum illis faciunt.

vtrosq; volūt esse, & haberi ecclesie mēbra, dum ipsi eiusmodi homines excommunicent, lata sententia: nam etiam si tales & de facto, & de iure sint iam excommunicati, iuxta Canones, attamē nolunt hanc valere excommunicationē in talia ecclesiarū carcinomata, quantūvis notoria, nisi ipsi eam sua decernant iudiciaria sententia. Hanc verò ne seipsos condemnent, ferūt in neminem. Itaq; sunt per istos Antichristos, ecclesie non solūm palām impijs hominib. referte, verūm hi soli tenent ecclesiarū gubernacula, contra, vt legē ipsam dei, ita omnes quoq; Canones, qui requirunt, vt ij modò ecclesie ministrēt, qui sint non solūm non reprehensibiles, verum etiam pietate, atq; omni virtute apud omnes celebres. Porrò tamē illud iuxta verum est, cū nullius hominis quantacunque impietas, dei queat beneficia vllō modo cōtaminare, aut redere minus efficacia, credentibus Christo, possunt pijs homines, purum Dei verbū, & vera eius sacramenta salutariter accipere, etiam ab impijs ministris:

si tamē in impietatem illorum ipsi non cōsentiant, nec omittant, quicquā, q̄d sit eorum muneris, quo tales flagitiosi probis ministris commutentur. Nam, quibus datur Euāgelij facultas, improbos sacrorum ministeriorū ministros ab ecclesiarum ministerijs remouendi, & eis probos suffiendi: hæc, si id facere negligent, se impietate ipse obstringūt suorum ministeriorū. At dum non vel maior ecclesię portio eò poterit adduci, vt à se sacrilegos ministros remoueant, p̄hs in eiusmodi ecclesijs hominibus, quibus ista disciplinæ Christi remissio ex animo displicet, nec verba nec Sacramenta dñi poterunt ministrorū sceleribus contaminari, vt non dñi, & seruatoris nostri, per ea, beneficia queāt percipere. Nec exigendū ab his est, vt propter malos siue ministros siue vnā cōmunicantes ex plebe, abstineant à cibo potuq; vitę æternæ, qui in ecclesijs per Euangelium, per sacramēta domini administrantur: cū scilicet administrantur ita, vt dominus ipse instituit. Ex his itaque facile cognosci-

tur, omnem ecclesiã veram Dei, cõstare tantũ renatis: habere tamen plerũque inter se, in cõmunionẽ externa sacrorum, nõ renatos, sed latentes: siquidẽ vigeat Christi disciplina, vt debet. Quæ si langueat, aut iaceat, propterea quòd maior ecclesię pars nondum agnoscit, aut considerat, quàm sit illa necessaria: id tamẽ bonis ac pijs hominibus haudquaquã posse esse fraudi, aut reddere inutilia, quę Dominus suis ad salutẽ mandauit. Orandum autẽ deum esse, atq; in hoc cuiq; Christiano summis viribus elaborandũ, vt Christi disciplina ab omnibus filijs dei, & solidẽ agnoscatur, & quãseuerissimẽ exerceatur. Planum ergo iam factũ est, quicumque vera mēbra Christi sunt, eos in corpus domini consociari regeneratione, hoc est, totius hominis ad imaginẽ dei atque naturę diuinę consortium, per Spiritus sancti renouationem: quæ in adultis absque fide non est, & fide iustificante. Nunc videamus & de ipsa cõsociationis ratione, qua necesse est, mēbra Christi inter se copulari, & coniun-

gi. Hęc ratio quàm explicatissimè per-  
 scripta est Ephesijs quarto, his verbis:  
 ἐξ οὗ πᾶν τὸ σῶμα συναρμολογούμενον, καὶ  
 συμβιβασόμενον διὰ πάσης ἀφ᾽ ἑσῆς τῆς ἐπιχορη-  
 γίας, &c. Hęc Spiritus sancti verba pro  
 bè pensitemus. Clarè enim his dicitur,  
 & quid Ecclesia sit, & quod propriū o-  
 pus Ecclesie, cùm vniuersa, tum singu-  
 lorū membrorū eius. Vnde perspicuè  
 quoq; cernitur, qui possint in Ecclesie  
 membris nominari, qui minus. Ex quo  
 inquit, omne corpus coaptatum & co-  
 agmentatum, &c. Ex Christo itaq; do-  
 mino esse oportet, id est, renatos, qui-  
 cunq; sint de Ecclesia Christi in verita-  
 te. Ex ipso enim necesse est, totum cor-  
 pus, ideo & quodlibet membrum, in  
 hoc corpus eius coagmentari. Id verò  
 facit, suum donando spiritū regenera-  
 tionis. Eo ergo qui carèt, sicut eius nō  
 sunt, nec ex eo sunt, ita ab ipso nō coap-  
 tātur, & cōpinguntur in suum corpus,  
 hoc est, quamaptissimè, & cōfirmatissi-  
 mè, vt cum Christo capite, ita & inter  
 se coniungi, vniri, atq; constringi. Et  
 quomodo non coaptarentur cùm de-



centissimè atq; conueniētissimè, tū eti-  
 tiam confirmatissimè & tenacissimè,  
 qui consociantur, & in vnū compingū-  
 tur ex ipso filio Dei: Videmus siquidē  
 ex tota mundi machina, quā ille cum  
 ctas creaturas suas inter se & suauissi-  
 mè & solidissimè constrinxit, atq; effi-  
 cit, vt singule alijs sint suæ bonitatis, &  
 beneficentię instrumēta, ac velut cana-  
 les. Ecclesia verò Christi est eius cor-  
 pus & τὸ πλήρωμα ipsius, omnia in omni-  
 bus implētis, id est, perficientis. Causa  
 cuius etiā deus ceteras mūdi partes sic  
 munificè condidit, seruat, & ornat. Ne-  
 cesse est igitur, vt qui verè in hoc cor-  
 pus Christi coaptātur, & compingun-  
 tur, iungātur inter se, coadunētur, atq;  
 constringātur, & summa suauissimaq;  
 ingeniorū, & voluntatū consensione,  
 & tenacissima quoq; atq; exprōptissi-  
 ma officiorum communicatione. Per  
 omnem deinde, inquit, iuncturam. Iun-  
 cturæ hæc, quibus membra Christi cū i-  
 pso, & inter se iungi necesse est, atq; co-  
 hærerere, sunt cōmissurę omnes illę, qui-  
 bus ad certas officiorum commutatio-  
 nes

nes, à domino cōmittuntur, & consociantur. Prima verò iunctura, ex qua reliquę omnes sanctificantur, & est ipsa societas fidei, & communio Christi, qua quisq; Christianorum alteri, vt membrum membro, cohæret in domino, & subseruit, ad prouehendam vitã Christi, docendo, monendo, preces cōmunicando, cūctisq; officijs reliquis charitatis, qua quisq; alterũ complecti debet, & demereri. Ex hac existit primũ omnium cōiunctio illa religionis, qua quisq; certo cœtui sanctorum, vt parochię, inseritur, & certo ecclesię ministerio adiungitur. Vocetur hæc iunctura, Religionis propria.

Hanc sequitur iunctura ciuitatis, & reipublicę, mox & domestica, quę tres continet in se societates: Mariti & vxoris sanctum coniugiũ: parentum cum liberis, & liberorum cū parentibus: & heri heręq; cum familia: & familię, cū hero & hera: cōiunctio inter se cognatorum, affinium, vicinorum atq; omnium, quos in hoc iungit dominus, vt alius ab alio adiuuetur, cū doctrina, &

adhortatione pietatis, tum alijs quoq;  
 officijs, quibuscūq; homines se mutuo  
 iuuare possunt, in rebus quibusuis, per  
 tinentibus vel ad animam, vel ad cor-  
 pus, & publicē & priuatim. Non enim  
 hominum naturam, aut naturæ officia  
 mutat Christus, sed suę restituit naturā  
 integritati, & dignitati, ad quam cōdi-  
 ta est, eiusq; omnia officia, quę illi ex di-  
 uina constitutione congruunt, reparat  
 & sanctificat, vt coniuges se tales sibi  
 mutuo præstent, quales Deus ab initio  
 requirit, sic parētes liberis, sic liberi pa-  
 rentibus, sic heri & heræ familiæ, & fa-  
 milia hero & heræ: sic cognati, affines,  
 vicini, & quamuis ob causam, sibi inui-  
 cem ad officiorū cōmunicationes, oc-  
 currentes: sic Reipublicæ gubernato-  
 res subditis, sic subditi erga Rempubli-  
 cā administrantes, sic omnium artium  
 doctores ad discipulos, sic discipuli ad  
 præceptores.

Ad quid consociat autem deus ita ho-  
 mines inter se, per has tam variarum fa-  
 cultatum, & muneris suorū iuncturas,  
 & commissuras: *lūcturas* vocat submi-  
 nistra-

ministraciones ἐπιχορηγίας. Cuius autē  
 rei: Quid possunt mēbra in Christo si-  
 bi inuicem subministrare? Ea certē om-  
 nia, quibus augetur & ædificatur Chri-  
 sti corpus. Augetur autē, & ædificatur,  
 dum quotidie aliqui nascuntur eccle-  
 się, & renascūtur, vereq; incorporātur:  
 & qui ei iam sunt nati, renati, incorpo-  
 rati, in vita Dei proficiunt. Vita autem  
 dei est, qua filij dei viuūt in eo per Chri-  
 stum Dominū, habentq; ipsum in se vi-  
 uentem: atq; hinc, quæcunque possunt  
 sibi inuicē bona & corporis, & animæ,  
 ad dei gloriam & salutem proximorū  
 illustrandam subministrare, instituunt  
 atq; perficiunt. Nam hoc summum dei  
 præceptum est: Deum diligere, eiq; ser-  
 uire, & eum glorificare ex toto corde,  
 tota anima, cunctisq; viribus: si verò ex  
 toto corde, tota anima, cunctisq; viri-  
 bus, profectò etiam in rebus omnibus  
 ita vt præcipitur primę Corinthiorum  
 decimo: Siue editis, siue bibitis, siue  
 quid aliud facitis, omnia ad gloriā Dei  
 facite: Et Coloss. 3. Ac quæcuncq; fecerit  
 tis, verbo vel opere, omnia in nomi-

ne domini Iesu facite, gratias agentes deo, & patri per eum. Si iam omnia debemus ad gloriam dei, & in nomine domini Iesu facere quęcunq; facimus, verbo vel opere, etiã cum edimus, & bibimus, planum est, quicquid omnino homo possit moliri & instituere, quanuis sit illud opus corporale, & pertineat ad vitam presentem, id eiusmodi esse, vt possit eo deus glorificari. Iam cuncta nostra opera sunt ita comparata, vt ad proximum iuuandũ pertineant, sed ad gloriam dei. Deum enim nec sermone docere, nec mouere, nec vlllo operum officio quicquam ei conferre possumus. Necessẽ itaq; est, vt qui viuunt in Christo, quicquid omnino queant, animo, ore, & corpore, in comoda proximorũ maximẽ verò domesticorũ fidei, studeant prestare, ad eumq; modum, gloriam Dei, à quo omnẽ benefaciendũ gloriantur accepisse, & voluntatem & facultatem, celebrare & proximis comendare. Omnia condidit deus propter se & populum suũ ad laudem & gloriam suam. Atq; hæc vitę dei subministratio &

& communicatio, per cuncta vite præ  
 sentis officia, probe obseruanda est, cō  
 tra antiquos & nouos Manicheos, An  
 tichristos Romanos, qui & homines  
 laicos habent prophanos, & cūcta eo  
 rum opera, præter ceremonias, quas ip  
 si obtrudūt, & præcipiūt: cū sanctis ta  
 men sancta sint omnia, & filijs Dei om  
 nia diuina. Hoc autem cōmentum eo  
 profuit Antichristos, vt arrogatis sibi  
 rebus, & actionib. omnibus sacris, qui  
 bus deus possit demereri, se p̄ dijs im  
 ponerēt laicis: & homines ea præcipue  
 in bonis operibus ducerēt, quibus eo  
 rūdem Antichristorū tyrannis, pompa  
 & luxus augetur: vt sunt templorū &  
 cœnobiorum superbę extruções, et  
 exornationes, & larga dona pro Mis  
 sis & alijs illorū ceremonijs. Prę his ita  
 que confictis bonis operibus, fecit Sa  
 tan frigere & negligi officia germanę  
 charitatis, vt sunt: Pascere esurientē, po  
 tare sitientem, colligere tecto extorrē,  
 vestire nudū, alijsq̄ necessitatibus hu  
 manis succurrere, sacra cōiugia pie co  
 pulare, familiam suam gubernare, &c,

At quia creatura noua est omnis Christianus, ita noua etiã sit eius vita oportet, noui mores, noua officia, vt omnia scilicet seruiant glorię dei, in salute hominũ illustranda efficaciter. Hęc verò efficacia & vis, hęc ipsam vitã, hos mores, & actiones commembris subministrandi, Christi est, ex quo corpus omne, sicut est, ita viuit etiã, agitq; omnia: *Viuo iã non ego, sed viuit in me Christus.* Quod diligẽter obseruandum est contra Antichristũ Romanum, qui laicos ab omni sacrorum administratione remouit. Sequitur τὴν ἀύξηση τῶ σώματι.

Hoc corporis Christi incrementũ, & hęc ædificatio corporis Christi, est ecclesiam in vita dei prouehere, & numero amplificare renatorũ. Atq; hoc quidem est opus Christi seruatoris proprium: tamen dum illud perficit per suorum ministeriũ, dicit illos corpus suum augere, atq; ædificare: ad quod ei suo ministerio efficaci cooperãtur: ipso tamen & hanc efficaciam cooperãdi supeditante.

Secundum mensurā: ) Sicut ad Co-  
rin. 13. dicitur & Roman. 12. unicuique  
membro suam subministrari mensurā  
donorum, quibus iurare possit eccle-  
siam. In dilectione: ) id probè obserue-  
tur. Qui enim in dilectione manet, in  
deo manet 1. Ioā. 4. Et scimus, quòd trā-  
sivimus ex morte in vitam, quia diligi-  
mus fratres. 1. Ioan. 3. Et hinc itaq; pla-  
num est, vera ecclesie membra esse tan-  
tū renatos. Hi enim soli sunt vera cha-  
ritate pręditi, quæ ita hominum corda  
inflammata, vt nulli hominum possint  
esse offensi. Hinc ergo cognoscatur,  
quale sit corpus ecclesie, quæ eius vita  
& quæ propriæ actiones, cuiusmodi  
hominum inter se consociatio, quomo-  
do inter se coaptatum & compactum,  
& in quem vsum, iam sequitur in defi-  
nitione:

Quos Christus colligit, sanctificat, re-  
git. Iesa. 40. Ecce dominus noster veniet  
cum robore, & brachio suo dominabi-  
tur. Ecce merces eius cū ipso, & opera  
precii ante eum. En pastor gregem su-  
um pascet, brachio suo colliget tene;



ros agnos, portabitq̄ sinu suo, & foetas leniter minabit. Iere. 23. Ego colligā reliquias gregis mei de omnib. terris, ad quas depuli eas, atque reducam eas ad caulas suas, & fructificabunt, & multiplicabuntur. Similia habentur & Ezechiel. 34. Ioā. 10. Habeo adhuc oues alias, quę non sunt ex hoc ouili: & has oportet me adducere, & audiet̄ vocem meam. Collectio autem est ex diuersis studijs, ad vnus Christi fidē: atq̄ hactenus collecti in vnum corpus sunt, qui se inuicem nunquā esse norūt. Verum quia fides hæc per dilectionem operatur, quā latē potest, facit, vt membra eiusdem corporis se ipsa agnoscere, & iuuare studeant, quantūuis à seipsis remoti, officijs & spiritualibus & corporalibus, quemadmodum Gentes se debitorum agnouerunt, & beneficentiam suam miserunt Iudeis egentibus, quos nunquam viderāt. Porro qui eisdē aut vicinis locis habitant, hos Christus ita colligit ad se, vt corpore quoq̄ identidem conueniant, in eius nomine, seq̄ mutuò donis, quę à Domino quisque acce-

accepit, in fide Christi ædificent. Hinc quicumque ad vnam deputati sunt parochiam, in ea se continent, eius ministerium agnoscunt, eiusq; Ecclesiæ peculiari disciplinæ se submittunt, sub propria confessione & commendatione.

Sanctificat, id est, ignoratione dei, & cupiditatibus vitiosis per Spiritum sanctum, & ecclesiæ doctrinam, atque disciplinam repurgat. 1. Ioan. 1. Ephes. 5. Sanctifica eos in veritate tua, Ioan. 17. Sanctificatio est nobis facta Christus. 1. Cor. 1. Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra. 1. Thessal. 4. Regit, sanat, instaurat Ezech. 34. ministerio cum publico. Iam videndum, quæ & quot sint ecclesiarum ministeria: qui & quot ordines ministeriorum. Ministeria verò sunt genere tria: Doctrinæ, Sacramentorum, & Disciplinæ. Cum autem Dominus hæc tria varijs modis suis hominibus dispeset, est & alia ministeriorum ecclesiæ diuisio. Alia enim sunt perpetua: alia certorum tantum temporum. Legantur quæ Spiritus sanctus de suis ministerijs prodidit: Ro. 12. 1. Cor. 12. Ephe.

4.1. Timoth. 1.3.4.5. 2. Timoth. 1. Tit. 1. His enim locis mentio fit muneris, & ministerij Apostolici, Prophetici, Euāgelistarum, doctorū, pastorum: qui & episcopi & presbyteri sunt, loquentiū linguis, interpretum, discernentiū spiritus, depellētium malos spiritus: quibus scilicet donum erat *Αυτάμωτος*: conferētium sanitates, præstantium dono gubernationis, dono succurrēdi afflictis, & eorum qui egētibus necessaria administrabāt. Verūm ex his donis & ministerijs, sunt non perpetua munera Apostolorum, Prophetarum, loquētium linguis, exorcistarū, sanātium verbo homines. Nec enim dñs hæc munera ecclesijs omni tēpore impertijt. At munia pastorum, episcoporum et presbyterorum & diaconorum, id est, eorum, qui procurādis præficiuntur egenis, ordinat omni ecclesiæ, quæ ipsi se totā cōsecrat. Quos ipse vocat: Ex nobis enim nihil possumus sacri ministerij cogitare. 2. Corin. 3. Ad quod pertinet & illud: Sine me nihil potestis facere, Ioannis 15. Et apud eundem: Sicut misit

misit me pater &c. Itē, Quomodo prædicabunt, si non mittantur? Vocantur autem, quibus data est facultas, voluntas & locus. Omnia tria Dei dona, tamē requirunt nostrū studiū. Oratio & diligētia poscitur, quo discas, quod doceas. Voluntas etiā petēda à Dño est: quæ præcepta quoque in eo est: Diliges dominum deum ex toto corde tuo. Locus item docendi quærendus est, nec tacendum, nisi vbi nemo velit audire: & decipiunt se illi, qui dicunt, se non impelli spiritu ad docēdum, vel vlli se parti sacri ministerij addicēdum. De nomine obseruandum: vocari ministerium, non magisterium: quo minus opus salutis hominibus adscribatur: vt Christus dominus cauit, ne doctrina & opera sua mira, ipsi, vt homini tantum, & non patri adscriberentur.

ἱεροδὸτοι dicti sunt apud populum veterem: sed id quoque ministerij nomen est. Dionysius ille in Ecclesiastica Hierarchia, Episcopos vocat ἱεράρχας & πρεσβυτέρους: ἱερεῖς καὶ διακόνους, λειτούργες vocat, Latini nomen sacerdotum & Pōti-

ficum à gētibus mutuati sunt. De quibus omnibus nominibus equidē cum nemine contēderim, modò his appellationibus vtatur pia significatione. vt non rerum, ita nec verborū velim libertatē cuiq; circumscribi. Verūm cū nemo queat magis propriē, & ad ædificandā fidem accōmodatius loqui Spiritu sancto, eum meritò sequamur, & in huius vsu nominis. Quod facientes, periculū quoq; illud declinabimus, ne per peregrina nomina, sentētiās etiam peregrinas admittamus. Apostoli vocantur, qui ab ipso Christo dño ablegati sunt ad prædicādum Euangeliū, colligēdum, & instituēdum ecclesias, cum summa sacri ministerij potestate. Tales autē non ita multi extiterunt ecclesiarum ministri, à morte primorum Apostolorū. Requirit verò ad hoc munus, mitti ab ipso domino, & colligere ei vndiq; ecclesias. hinc cognoscitur, quòd Apostolus Paulus volēs probare, se Apostolum meritò haberi, Cor. scripsit: Nunquid sum Apostolus? Nō sum liber? Non vidi Iesum Christum dominum

dominum nostrum: Non estis vos opus meum in domino: Si alijs nō sum Apostolus, vobis certē sum: Obsignatio enim Apostolatus mei estis vos in dño. Duo enim hīc argumenta adfert Apostolatus sui, vnū, quòd vidisset dominū Iesum: alterum, quòd Ecclesiā Corinthiorū collegisset domino, & instituisset. Esse autē muneris Apostolici, & proferre semper Euangeliū, atq; prædicare illud, vbi nondū fuisset prædicatum, testatur idē Apostolus, cū de suo Apostolatu scribit Rom. cap. 15. se studuisse prædicare Euangelion, vbi Christus non fuisset nominatus. Quocirca cū Euāgelij prædicationē cōpleisset, ab Hierusalē, & circa vsq; ad Illyricum, nec amplius locum haberet in illis regionibus Euangelium propagandi, cogitauit iam illā efferre in Hispaniam vsq; , eaq; occasione & ipsos Romanos inuisere. Tales ministros regni sui potest dñs adhuc dare electis suis: nostro tamen seculo nondum vidimus, quos dominus tali spiritu, atq; potestate, ad prædicandum Euange-

lium, & colligendum, atq; instituendū in multis gentibus Ecclesias extrussisset. Sed nec celebres Prophetas vidimus. Sūt enim hi homines, quos deus suo spiritu docet de arcanis suis consilijs, & excitat, vt ea ad fidē electorum suorum ædificandā, & ad obtestādum impios de iudicijs suis proferant, tum futura, tum præsentia. Talis fuit Agabus, de quo in Act. 11. & 21. q̄ & famē prædixit Palestinæ, & vincula Pauli. Tales fuerunt & in ecclesia Antiochena Act. 13. De eiusmodi prophetis loquitur Spiritus sanctus Rom. 12.1. Cor. 12.13. & 14. Porro Euāgelistas dat: Nā & nostro seculo sunt, quibus Dñs singularē impertijt facultatē, Euāgelium suum adnunciandi. Dat & doctores, quibus donum Spiritus sancti eiusmodi confert, vt cū ex Scripturis, tum alijs Dei iudicijs, atq; iudicijs docere queant cōmodē, & distribuere homines dei, vt in omni dei scientia in dies magis proficiant. Dat itē pastores, episcopos, presbyteros, quos Thessal. 5. *ἐπισκοποι* vocat: Epistola verò ad Heb,

Heb. cap. 13. *ἀγρυμνέουσ.* Hi sunt, qui certi gregis dominici curā gerunt, vt ille augetur, & melius habeat, & pluribus quotidie ad Christi Ecclesiā adductis: & ijs, qui adducti sunt, in cognitione, atq; vita Christi semper proficientib. Atq; hi tres ordines sacrorum ministeriorum, & hodie donantur Ecclesijs à dño. Quibus adiungunt̃ diaconi, qui curā pauperum præcipuè præficiēbātur: sic tamē vt ad omnes sacri ministerij partes ministrarent. Horum omniū ministeriorum est, ecclesias augere, inserendo eis novos homines ex electis dei tam ex infantib. quàm ex adultis: tum eos qui iā in Ecclesiā cōuenerunt in omni pietate prouehēdo: Euāgelistæ & doctores prædicando Euangelium Christi, & cōmunicando doctrinam eius: Pastores, episcopi & presbyteri administrando etiā Christi sacramenta, & disciplinā: Diaconi, ceteris ordinibus ad hæc omnia ministrādo, & pauperes curando. Verbi verò administratio, cū fiat lectione & recitatione diuinarum scripturarū, carū de-



niq; interpretatione, & explicacione, indeq; defumptis adhortationibus, tū repetitione, & Catechismo, qui mutuis perficitur catechizantis, & catechumeni interrogationibus atq; responsionibus: itē sanctis collationibus, atq; difficultiorum religionis nostræ questionū excusionibus. secundū hāc multiplicē doctrinæ salutaris dispensationem, multiplicata etiā sunt huius functionis munera. Quicq; enim ad perfectissimā docendi rationem pertinet id in administratione doctrinæ salutis, est summo studio adhibendū: quā nimirū tradī debet scientiā omniū, vt diuinissima, ita & difficillima scientiā viuēdi deum, cū sis homo. Qui iam diligēter artes docēt, certis libris comprehensas, vt si qui mathemata instituant docere ex Euclide, ij primū omnium legēt & recitabunt propositum librum: mox voces singulas, non vulgo notas vt quæq; ars sua propria habet verba, & nomina explicabunt. Inde si qua collectio & argumētatio cōcisior sit, explanat ἀναλύσει, pluribusq; exemplis illu-

plis illustrat: ex præceptis generalibus docet particularia, quamque late illa pateant, edocet: quod est propriè docere. Hæc verò quamque fideli traditioni doctrinæ, non est contentus verè fidus doctor, repetit etiã & exigit quæ docuit, præstoque sese exhibet discipulis, ut de quibus rebus dubitant, petere ab ipso queant explanationem planiorẽ. Præterea quæ docuit, proponit etiã publicis disputationibus excutienda, ut nihil omnino remaneat dubij. Ad hæc adhibet etiã sæpe adhortatione ad promovendũ probè in proposita doctrina, & dehortationes ab ijs, quibus impediri possint: itẽ admonitiones, atque reprehensiones & obiurgationes generales. Postremò observat talis præceptor diligenter, quid quisque discipulorum proficiat: Et si quẽ animadverterit cessare in discendo, eũ priuatim corrigit & admonet officij: Si quẽ cernit graviter pergere in discendo, et eũ appellat subinde collaudat, atque ut studiũ eius magis magisque prosequatur, inflamat. Has omnes septem rationes docendi, Christus domi-

nus ipse quoq; seruauit. In Synagoga Nazarethana legebat caput ex Ies. 61. & interpretabatur, Luc. 4. Precepta Dei explicauit in monte, Matth. 5. Et passim docuit, & hortatus est, reprehēdit & obiurgauit ex verbo Dei. Interrogantibus quoq; sese omnibus bonis & malis, respondit ac inuicē interrogauit, ut Matth. vigesimo secundo. Discipulos subinde catechizauit: ipse quoq; Catechismo interfuit Luc. 2. Cū itaq; a deo multiplicē operam requirat ministeriū docendī, plures etiā ministrorū ordines sunt huic ministerio deputati: & primi omnium lectores, quorum munus erat, in publico, loco editiore, diuinas Scripturas recitare. Hæc verò diuinarum scripturarum recitatio in hoc fuit instituta, ut & lingua, ratioq; loquēdi Scripturæ, ipsaq; Scriptura populo tota redderet notior atq; familiarior. Intra annū enim omnes sacros libros populo recitabāt, cū ij qui Scripturas enarrabāt, non possent nisi aliquā partē Scripturarū, nec eā magnā vno anno explicando absoluere. Interim

rim autē populo per solā diuinorum li-  
brorum recitationē, cōfirmabatur mi-  
rifice cognitio omnium dogmatum sa-  
lutis nostræ: nam illa in singulis sacris  
libris idētidem repetuntur, & alijs at-  
que alijs nominibus explicātur, vt po-  
pulus semper ex sequenti lectione di-  
sceret non pauca, quæ ex priori planē  
percipere nō dum poterat: eademq; o-  
pera confirmabatur iudicium populo  
de omni religione nostra, vt de Scri-  
pturarum quoq; explanationibus, atq;  
omni doctrina, quæ illi afferebatur, vel  
per legitimos Ecclesiæ curatores, atq;  
doctores, siue per alios. His de causis  
magni fuit habitum in priscis ecclesijs,  
& hoc munus diuinas scripturas sim-  
pliciter populo recitandi: nec delecti  
ad hoc ministeriū fuerunt nisi de sin-  
gulari pietate cōmendati. quod cū ex  
alijs veterū monumētis cognoscere li-  
cet, tum maximē ex vna & altera diui  
Cypriani epistola perspicit: vt ex epi-  
stola 5. lib. 2. de Aurelio ordinato lecto-  
re: & epist. 22. lib. Epist. 3. de Saturo,  
atq; in lib. 4. de Celerino Cælestino.

His lectoribus adiuncti postea sunt & psalta, qui decantandis psalmis & hymnis præerāt. De legendis Scripturis, gratia dño, probè cōstitutum est in ecclésijs Anglicanis: si idonei modò instituerētur lectores, qui dignā diuinis ministerijs, quæ lectionibus sacris recitātur, adhiberēt grauitatē atq; religionē. Diligenter ergo perpēdatur, cuius se os præbeāt, qui diuinos libros populis in sacris cœtibus recitāt, nimirū Dei omnipotētis: tum quanti sint momenti, quantæ dignitatis, quæ recitantur, quæ verba sunt, & præcepta vitæ æternæ: postremò, quibus nā hominibus, & ad quā rē deservire debeāt sacrarū scripturarū lectores. Nā filijs Dei, quorum pro salute sanguinē suum fudit primogenitus Dei filius, administrare debēt, quibus salus eadē illis magis magisq; patefiat, & perficiat. Quæ si quis secū reputet vera fide, quid possit grauitatis, decētis, religionis, vlla in actione adhiberi, quod eiusmodi lector queat prætermittere: Id verò semper, qui hoc fungunt munere, in conspectu

spectu animi sui debet habere: ad ædifi-  
 cationem fidei in audientibus, quæ præ-  
 leguntur, debere efficaciter deseruire:  
 idque tum demum fieri, cum ea & pro-  
 be intelliguntur, & ut Dei verba exci-  
 piuntur. Ad utrumque autem pronuncia-  
 tio requiritur summe perspicua, diser-  
 ta, grauis & religiosa. Vnde deprehen-  
 ditur, illos non esse Christi ministros,  
 qui sic recitant diuinas scripturas, ac si  
 id vnum requireret, ut quæminimū mo-  
 ræ in huiusmodi relationem insumeret.

Alterum iam munus est doctrine di-  
 spensandę interpretatio, id est, verbo-  
 rum & sententiarum simplicior explica-  
 tio. Hoc ministerium episcopi obibant,  
 & presbyteri: nonnunquam tamen ex or-  
 dine diaconorum, atque subdiaconorum:  
 aliquando etiam ex laicis ad hanc adhibe-  
 bant functionem, quos deprehendissent  
 per Spiritum sanctum ad eam utiliter  
 obeundam, factos idoneos. Sic Origines  
 etiamnum laicus, ad hoc munus a-  
 scitus fuit in ecclesia Cæsareæ Palæsti-  
 nę per Alexandrum episcopum Hiltanum:  
 & per Theoctistum, eiusdem Cæsarien-

lis ecclesiæ episcopum. Item Euelpis à  
Neono episcopo Larandorū: & Pau-  
linus à Celso episcopo Iconiensi: &  
Theodorus ab Attico episcopo Syna-  
dorū. Hæc leguntur apud Eusebium lib.  
Histor. Ecclesiast. 6. cap. 20. & ex epist.  
duorum illorum episcoporū, Alexan-  
dri Hierosolymitani, & Theoctisti Ce-  
sariensis, episcoporū in Palæstina, ad  
Demetrium episcopū Alexandrinū,  
qui factum horum duorum episcopo-  
rum de Origine reprehenderet, tanquā  
inauditum esset, laicum hominē præ-  
sentibus episcopis, verba ad populum  
in ecclesia facere. Istud verò isti episco-  
pi affirmant manifestè, verū nō esse, sed  
sanctos cōsueuisse episcopos, quos in  
laicis cognouissent idoneos, vt utilita-  
tē aliquā populo interpretando Scri-  
pturas, & docendo afferrēt, eos horta-  
tos fuisse, vt etiā se presentibus, hoc mi-  
nisterio fungerentur. Et secundā itaq;  
& tertīā sacri ministerij partē, interpre-  
tationē scilicet, & doctrinam Episco-  
pi, atq; presbyteri præcipuè administra-  
bant per se: attamen & ex inferioribus  
ordinibus,

ordinib. atq; ex laicis, si quos animadu-  
uertissent ad hoc munus idoneos, sibi  
ouerys adiungebant. Ad eundem mo-  
dum administrauerunt episcopi & pre-  
sbyteri, & quartā tradendæ doctrinæ  
partē, quæ est, ex diuinis libris explica-  
tis adhortari ad officia pietatis, dehor-  
tari à peccatis, & omnibus rebus, quæ  
cursum queant piæ sanctæq; vitæ vlla  
ex parte remorari, aut impedire, peccā-  
tes reprehendere atq; obiurgare, pœ-  
nitētes consolari: quanc; istam functi-  
onem episcopi & presbyteri maxime  
ipsi præstiterunt, propterea quod eo  
maiorē requirat authoritatē 1. Tim. 5.  
Quintam partem, catechismos nunc  
presbyteris, nunc diaconis, nunc infe-  
riorum ordinum ministris cōmenda-  
runt, prout quisq; magis ad hoc genus  
docendi apparuit idoneus. Ita & Ori-  
genes Catechista erat Alexandriæ lib.  
6. Euseb. Cæs. Hist. Eccles. cap. 13. &  
20. Sextā etiā partem, sanctas di-  
sputationes deferebāt cuiq; magis ido-  
neo: tamen si maxima ex parte ipsi epi-  
scopi his præessent, Septimā partem,



priuatam appellationē, admonitionē,  
 etiā episcopi per se facere studuerunt:  
 singulos autem presbyteros, grauio-  
 resq; ex inferioribus ordinibus, vt idē  
 facerent, semper hortati sunt. 1. Thess.  
 5. Itaq; doctrinæ ministerium obire de-  
 bent lectores, diuinas scripturas recitā-  
 do: episcopi verò interpretādo, & do-  
 cēdo, hortādo, disputādo, priuatimq;  
 appellando: quin & legendo atq; cate-  
 chizando, si desint peculiāres lectores  
 & catechistæ. Cæterum catechismos  
 cōmittebant certis presbyteris, atque  
 diaconis, vel etiā delectis ad hoc ex  
 inferioribus ordinibus: sicut etiam ex  
 his ad munera interpretandi, atq; do-  
 cendi ac disputādi adhibebant, quos-  
 cunq; ad ista munera deprehendissent  
 idoneos, in quouis sacri ministerij or-  
 dine, ac etiā, vt dictū, ex laicis. Id verò  
 in his diligēter obseruādum: Spiritū  
 sanctum quidē sic dona hæc docendi  
 dispertire suis hominib. vt vni det do-  
 num, & facultatem singularem Scri-  
 pturas interpretandi, & elucidādi, cui  
 tamē non dat, perinde dextrè ac felici-  
 ter reli-

ter religionis nostræ dogmata, ex diu-  
 nis scripturis docere, atq; confirmare:  
 vel ea etiam disputando commodè tue-  
 ri. Alij verò suppeditat facultatē pecu-  
 liarem & eximiam, hortandī fratres ex  
 Scripturis, monendī, reprehendendī:  
 item catechizandī, & priuatim appellā-  
 di: cui tamen, valere alijs docendī mu-  
 neribus non largitur. Hanc varietatem  
 donorū Spiritus sancti experimur quo-  
 tidie in ijs, qui publicè docēt populum  
 Christi, quę verę ecclesię Christi sunt,  
 & regit se à Spiritu sancto omnino susti-  
 nēt: he obseruāt religiosē, quid cuique  
 in ecclesia spiritaliū facultatū sit dona-  
 tum, & ad id ipsum functionis vnum-  
 quēq; quātū in ipsis est, applicāt. Quo-  
 circa ad singulas docendī partes, singu-  
 los adhibent ministros, si in suis homi-  
 nibus inueniant, qui ad singula docen-  
 di munera sint singulariter à Domino  
 facti & instructi. At quia necesse est ad  
 salutē populi dei, vt nulla prorsus parti-  
 tm docendī, quas septem enumeravi  
 vlla in ecclesia prætermittatur, quilibet  
 ministrorum, imò & laicorum, quo cum

que loco sit collocatus in ecclesia, debet has omnes partes docēdi, quoad possit, obire & legēdi & interpretādi, & docēdi, & hortādi, & catechizādi, & disputādi, & priuatim appellādi. Debet etiam quisq; de his administrandis functionib. tot sibi desumere, tantāq; cuiusq; partem, ad quot, & ad quātam cuiusq; partem senserit se à Spiritu sancto esse instructum. Consideretur exemplum ritē institutę, atq; distributę domus, in qua aliqua munia obit pater familiās, alia mater familiās: alia filij, & filia: alia famuli & famule. Hic dum singuli adsunt & valent, obit certē quisq; suum munus: at si qui ex familia absint aut non rectē valeant, incidit verò ministerij alicuius necessitas, ita quisq; ei succurrit necessitati, vt sæpe viri mulierum, & mulieres virorū obeant munia, domini seruorum, & serui dominorū. In eo autem magnopere sanctis hominibus cauendum est, ne malignā ingerat Satan acceptarum à Spiritu sancto facultatum æstimationem: nunc per in natam nobis declinationem laborum,  
&

& periculorū, perq̄ amorem ocij & trā  
 quillitatis, nunc per alia, & carnis ma-  
 gis, quā spiritus negocia: vel etiam per  
 arcanas & melācholicas animorū de-  
 iectiones, vt non agnoscant se accepis-  
 se Spiritus sancti dona, quæ cū omni  
 no habeāt, nolunt in se excitare. His o-  
 peræ precīū est, probè perpēdere quid  
 sibi velint illa Spiritus sancti præcepta:  
 Ne negligas donum, quod datū est tibi  
 per prophetias, cum impositione ma-  
 nuum presbyterij. i. Tim. & ad eūdem  
 in post. cap. i. Admoneo te, vt exusci-  
 tes ceu ignem, donum dei, quod est in  
 te, per impositionem manuum mearū.  
 Tantum vide dotibus Spiritus sancti  
 virum, tamq̄ ardentem in sacrum mini-  
 sterium, vt de eo scripserit ad Philippē  
 ses: tum se neminem habuisse coopera-  
 rium ita vnanimem, & tā sinceriter cu-  
 rantem, quæ ere erant Ecclesiarum: A-  
 postolus tamē adhortatur, ne negligat  
 in se, sed excitet donum Spiritus sancti  
 ædificandi ecclesias Christi. Quanto i-  
 taque magis nos decet obseruare studi-  
 diosè nosmetipsos, & despiciere quid

dederit dominus cuiq; nostrū talentorum suorum, & ad quid operis in vinea sua nostrum quemq; vocarit atq; instruxerit, ne Satan nos reddat arbores infrugiferas, per inertiam siue socordiā, ocliq; amorem, & per timiditatē adeūdi munera, quę adiri nō possunt, absq; magnis laboribus, multa inuidiā, & periculis innumeris.

Succedit iam ministerium administrandi sacramenta. Eam vocem, quia vulgo obtinuit, existimo ad lucem huius tractationis congruere non male, ita tamē si probē explicetur: sed postea, cum ad eum locum venerimus, quo explicanda erit vis & vsus sacrorum mysteriorum, & de nominibus horum mysteriorum non nihil dicemus. Nunc satis sit hęc admonuisse: Primū nos intelligere hoc nomine sacramentorum, cum D. Augustino signa visibilia, quibus exhibeantur dona dei inuisibilia: Deinde agnoscere duo esse huiusmodi signa nobis mandata à Domino, expressis in Euangelijs præceptis, Baptisma, & Cœnam Domini: tertium autem

tem suo & Apostolorum exemplo, tū etiam quodammodo præcepto per Apostolum Paulum, commendatum esse, impositionem manuum: atq; hoc signo vsam veterem ecclesiam ad tria ministeria, vt ad ministeriū confirmandi baptizatos in fide Christi ordinandi ministros ecclesijs, & recōciliandi eos, qui grauius peccādo, meriti fuissent ab ecclesiæ confortio abstineri. Vsurpauerunt veteres & alia sacramēta, sed à domino non mandata, vt Chrisma, Signū crucis, Ignis symbolū ad baptizandorum exorcismos, atq; catechismos, alba veste, & alijs plerisq;. Iam de his sacramentorum generibus sic statuo. Baptisma & Eucharistiā nō dubito necessariō obseruari in omni ecclesia Christi. Extat enim de his certum Domini mādatum, ipsius quoq; ore expressum. His adiungo quidem signum Impositionis manuum, in ordinatione ministrorum: quando quidem commēdatur nobis eiusmodi Apostolorum & exemplis, & verbis, vt appareat eos illud sic accepisse à domino, vt quod cūctis ec-

clesijs traderent. At si quæ ecclesiæ cō-  
tenderent, hoc signum fuisse Aposto-  
lorum tantum, & pari potestate, dona  
Spiritus sancti varia hoc signo confe-  
rendi, prædicatorum, vt forsan Timothe-  
us fuerit, nollētq; propterea hoc signo  
vti, sicut nec vñctione egrotorū, post-  
quam nō haberent de eo propriū man-  
datum, nec cōferendi hoc signo sanita-  
tē, has ecclesias damnare equidem nō  
possum: à sua tamen opinione eas quo  
ad liceret reuocarem. At verò de cate-  
ris signis, quæ in sacris adhibita sunt à  
veteribus, vel hodie adhibētur à multis  
vt sunt, ignis ad exorcismos & catechis-  
mos, & alba vestis baptizatorū, sacer pa-  
nis, qui dabatur catechumenis, & ple-  
raq; alia, sic sentio. Si quæ ecclesiæ essent  
quæ purā Christi tenerent doctrinā, &  
sinceram seruarēt disciplinā, hisq; sig-  
nis vterentur simpliciter & purē, absq;  
omni superstitione, vel leuitate, precise  
ad pias admonitiones, easq; probè om-  
nibus intellectas: eas ecclesias non pos-  
sem equidem propter horum signorū  
talem vsum, condēnare. Scripturę, quę  
me

SACRI MINISTERII. 55  
me ab eiusmodi condemnatione cohi-  
bent, hæ sunt:

Prima: Omnis creatura dei bona bo-  
nis, id est credentibus Christo: & bona  
nō tantū effectis suis naturalibus, vt a-  
qua ad potum, refrigerium, lotionem,  
terreꝝ humectationē: verū etiam va-  
rijs & pijs significationibus, vt conspe-  
ctis vel usurpatis aquis, admoneantur  
pij perēnis fluxus in nos spīritus, & be-  
neficentię dei, qua omnis restinguitur  
sitis animorū: quaꝝ animi ex varijs af-  
flictionibus estuātes, refocillantur: qua  
abluuntur credentiū corda sordib. pec-  
catorū, & ad bona opera fœcundātur.  
Quid enim operum dei non admone-  
ret filios dei, patris sui verē amātis, eius-  
dem dei & patris sui, omnisꝝ eius be-  
neficentię, & suę erga eundem deū &  
patrē suum gratitudinis: Huc sanē per-  
tinet illud Psal. 103. Benedicite Domi-  
no omnia opera eius: benedic anima  
mea domino, in omni loco dominatio-  
nis eius. Et sequenti Psalm. postquam  
plurima dei opera in celis, terra, mari e-  
numeravit, canit sic Spīritus sanctus:



Quàm multa sunt opera tua, ô Domine, cuncta fecisti in sapiëntia tua. Et Psal. 111. Magna opera domini exquisitè facta, iuxta omnia desideria eorū. Hinc Psal. 148. Creature omnes inuitātur ad laudandum deum, vti & Psal. 96. & 98. Cùm iam deus hominem constituerit omniū operum suorum dominū que in eius vsum cōdidit: & hoc ei ingeniū in seuerit, vt rebus, que ei cordi sunt, gerendis, cùm ab animis pendet, plurimū adhibeant signorum sensibiliū: hinc fit, vt homines, sicut in priuatis, & publicis actionibus faciunt: ita vtiliter etiā pleraque signa adhibeant sacris ceremonijs.

Altera Scriptura: Domini est terra, & plenitudo eius. Vnde ad gloriā domini omnia facienda sunt, & in nomine Iesu, 1. Cor. 10. & Coloss. 1.

Tertia: Roma. 14. Suscipiēdi sunt fratres, non ad dijudicationes cogitationum, quos assumpsit dominus: etiā dū errant in vsu externarum rerum vt cū discernuntur dies. Sed in his rebus has cautiones seruandas agnosco, vt signa  
 pauca

pauca sint, casta, & nota omnibus eorū significatio, vsusq; non leuis, nō superstitiosus: sed grauis & religiosus. Præcipit hinc duo cauenda sunt. Vnum est, ista signa adhibere nō intellecta, superstitiosè, leuiter: Alterum, circumscribere libertatem vtēdi rebus omnibus, & vbique ad gloriam Dei, etiam ad pias significationes & admonitiones, ac in priuato rerum vsu, nullam ducere rationē, si quid ex Dei verbo fiat, necne, & num quid verbo dei adijciatur, vel detrahatur. Semper enim Satan molitur religionē nostram contrahere ad certa loca, tēpora, actiones, homines, vt cætera omnia hominum libidinibus prauis patefaciat. Quod cū illi admittūt, iam fit abominatio Deo omnis eorum cultus, quem volunt deo exhibere certis locis, temporibus, actionibus, etiā si ille cultus sit alioquin à Deo mandatus, Isa. 1.

Nunc exequemur propositum nostrum de Sacramentis commendatis à domino: & hoc loco id tantum monebimus, quorum sit ministrorum hæc ad-

ministrare. In eo enim adhuc versamur  
 vt ostendamus, quæ & quot institue-  
 rit Spiritus sanctus ecclesijs suis salutis  
 ministeria: & quos ac quot administro-  
 rum, per quos vult sua obiri ministeria,  
 ordines. Dicimus itaque ministerium  
 eorum sacramentorum, quæ nobis eõ  
 mendata sunt à Domino, & à Spiritu  
 sancto per Apostolos, Baptismatis sci-  
 licet, Cœnæ dominicæ, & Impositio-  
 nis manuum, præcipuè pertinere ad  
 Episcopos, & presbyteros, tamen in  
 loco rectè administrari, & per inferio-  
 res ordines.

De Baptismate: Res est apud omnes  
 in confesso: in eo tamen à veteri disci-  
 plina ecclesiæ recesserunt pridē ecclesia-  
 rum ministri. Episcopi enim non putant  
 sui muneris esse baptizare, nisi princi-  
 pū liberos: sed nec Cœnam domini ce-  
 lebrare, suæ volunt esse functionis, nisi  
 in magnis festiuitatibus, corā viris prin-  
 cipibus. Quinetiam Impositionē ma-  
 num ad suffraganeos suos reiecerunt  
 vt ipsi interim possent agere satrapas,  
 venari, & alia sua & Antichristi munera  
 obire

obire. Non legitur quidem dominum quēquam baptizasse per se aqua, quia Baptisma spiritus sibi propriū sumpserat. Et Apostol. quasi gloriatur, se paucos baptizasse Corinthi, negatq; se missum ad baptizandū. sed liquet Apostolum Paulum gloriatū esse de eo, quod non multos Corinthi baptizasset non simpliciter: sed quod non dedisset cuiquam baptizando occasionē se ceden-  
di ab alijs, & adhærendi singulariter sibi, ac ita caput se faciendi factionis.

Quod verò dixit, Non misit me Christus ad baptizandū, sed ad euangelizandum, constat etiā esse solitā diuinis scripturis hyperbolen: vt cū dominus negauit, doctrinā, quam administrabat, suam esse: Item, se non venisse, vt mundus per eū iudicaretur, cū alibi dicat: Se venisse in iudiciū in hunc mundū. Non erat Pauli præcipua functio baptizare, sed euangelizare: alioquin pertinebat & ad ipsum mandatū domini, Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Cū itaque homines baptismate reci-

pianur primū in ecclesiam Christi, per quem doceat hoc magis fieri, quā per primū ecclesie curatorem: De Eucharistia administratione, & dispensatione nūquam dubium fuit apud veteres, quin pertineret maximè ad episcopū & eo absente, ad presbyterum episcopo proximum dignitate: id Christi seruatoris exemplum aperte docet. Diaconis dispensatio sanguinis Christi est cōmissa, & singuli clericalis ordinis ministri aliquid ad sacram Cœnam administrabant. Omnino itaque indignum episcopo, adesse Cœne, & non ipsam Cœnam administrare, dūmodo id præstare valeat.

Signū Impositionis manuum, etiā episcopi soli præbebant, & non absq̄ ratione. Siue enim sit fœdus domini baptizatis confirmandum: siue reconciliandi ñ, qui grauius peccauerūt: siue ecclesijs ministri ordinandi: hæc omnia ministeria maximè decent eos, quibus summa ecclesiarum cura demandata est. In Aegypto tamen ordinauerunt etiam presbyteri, Ecclesijs ministros, Episcopis

scopis absentibus.

Ministerium sequitur Disciplina, quæ est institutio & ratio viuendi Deo, hoc est faciendi omnia, secundum Euangelij doctrinam, publicè, & priuatè. Hæc verò disciplina duplex est in Ecclesia, alia ordinis clericalis, alia totius populi Christi. Hæc verò popularis cunctisque Christianis cõmunis disciplina, cõstat cum certis ceremonijs, & sacris ritibus, tum consentaneis cum Euangelio, & moribus atque actionibus. Ceremoniæ verò ac ritus Ecclesiastici pertinet, alij ad id, vt homines in Ecclesia suscipiantur, alij ad proficiendum pietate in Ecclesia: alij ad abstentionem eorum ab Ecclesia, qui grauius aliquid peccauerunt, & eorundem, si feriam pœnitentiam peregerunt, in Ecclesiæ communionem, receptionem.

Ad susceptionem in Ecclesiam requiruntur catechizatio, fidei cõfessio, & obedientiæ Christi professio. Ad proficiendum pietate in ecclesia, pertinent hæc: Sacris adesse cõtibus, suis locis, & temporibus celebrandis: & ibi vacare reli-

gionibus, audiendo verbū Dei, precando, offerendo, sacramentis communicando, seseq; etiā priuatis, cū pastorum, tum aliorū fratrum, pijs admonitionibus accommodare. Ad censurā verò eorum, qui grauius deliquerunt, pertinet admittere in se & alios patienter obiurgationes, cū publicas, tū priuatas: sicq; opus sit, & à sacris abstentionē, & ad agendam pœnitentiā ligationē: Itē habere pro Ethnicis & publicanis obstinatos in peccatis, abstētosq;, & ad agendā pœnitentiā ligatos, operibus sed dedere pœnitentiā, cōfiteri peccata, absolutionem supplices petere, & suscipere religiosē.

Mores & actiones dignę Christianis sunt, vt adsuefaciāt se, & in id per omnē vitā incumbāt, vt quotidie magis renouati spiritu, ijs tantūm rebus & actionibus capiantur, delectentur, & occupentur, quibus ad gloriam Dei omnib; pro sint, in omni pietate, sanctimonia, & iustitia. Iam administrare hanc disciplinā, est sic Christi populum docere, instituire, regere, vt se huic disciplinæ subiiciant,

## SACRI MINISTERII. 63

ant, & per omnia accommodent, hoc est, primū catechizādos se, & suos prebeant: percepto catechismo Christi, fidem suam coram Ecclesia tota confiteantur, & obedientiā plenam Euangelij præstandam Christo domino, eius ecclesie, cunctisq; eius ministris, & membris promittant. Deinde vt constitutis locis & tēporibus, in sacros cœtus frequentes conueniāt, singulariq; religione ibi sese dedant, audiēdo verbo Dei, faciendis precibus, & gratiarum actionibus, vtq; oblationes suas liberaliter conferant. Si verò videantur vel in officio cessare, vel contra officiū Christiani hominis aliquid committere: vt admoneri se huius, atq; reprehendi libenter ferant, animoq; grato hoc charitatis officium suscipiāt. Siq; in scelus aliquod aut flagitiū inciderint, vt mereatur ad tempus à sacris abstineri: vt vinculum hoc, quod ad agendā pœnitentiā ligantur supplices suscipiant, operibusq; veræ pœnitentiæ magno studio incūbant. Quæ opera pœnitentię sunt, subducere se toto eo tempore pœnitentiæ,



etiam à licitis carnis delicijs, & mundanis negocijs, quæ quidē citra debitam proximis curā possunt in alia reijci tēpora: lugere propter peccata, eorū & lugentiū vti habitu & viuendi ratione, vestibus sordidioribus, victu duriore, crebris ieiunijs, atq; supplicationibus, etiam domesticis sacris cœtibus adesse frequentius, etiā quotidianis, cū publicis, tum priuatis eleemosynis præstare se benigniores: magis esse assiduos in inuisendo & cōsolādo ægrotos, victos, & alijs calamitatib. oppressos homines, studiosius quoque demereri, & placare sibi, & maxime ecclesię Christi aduersarios: atq; his actionibus, & studijs absolutionem à peccatis, & reconciliationem cum Deo, & Ecclesia flagitans.

Verè enim pœnitentis de offensa cuius hominis, cuius quis beneuolentiam erga se magni faciat, hæc necessaria officia sunt, lugere & deijcere se in rebus omnibus, voluptates & delicias respicere, seseq; ad placandum, quem offenderit modis omnibus accommodare

dare, & quæq; leuissima & sordidissima ministeria in gratiam eius libenter obire, placidumq; se, officiosum, & benignum præstare in omnes eos, quos is, qui offensus est, vult diligere, & affici beneficijs. Ista sanè omnia student facere probi filij, & filiaefamiliàs, probi famuli & famulae, probiq; ministri principum, cum grauius suos offenderunt parentes, patresfamiliàs, principes: & istius peccati sui, ac lapsus, vera solidaq; tenentur poenitentia. His itaq; operibus oportet eos, qui in grauiora sint peccata prolapsi, facere peccatorum suorum realem *ἑξομολόγησιν*, id est confessionem, hoc est, testari de se, quam verè peccatum & flagitium cognoscat suum, quod contra Dei legem tam impudenter admiserunt: atque reconciliationem cum Deo, & ecclesia flagitare, eamq; ubi exorauerit, gratissimo animo suscipiant, suamq; gratitudinem singulari benignitate in egentes & afflictos homines demonstrent. Hæc est disciplina poenitentium. Postremò, vt est disciplinæ Christi, homines Christi totam vitam

suam, cunctos mores, & actiones suas, ad præcepta domini exigere & confirmare, summo cum timore & tremore: ita administrare hanc viuendi disciplinam est, pastores, & ministros ecclesiarum, vnumquencq; & vniuersę Ecclesię suę, & singulorũ membrorum eius ecclesię curam peruigilẽ gerere, in eoq; semper esse, & cuiq; instare, vt carnem crucifigat suam, cum concupiscentiis, & morbis, vt veterem hominẽ exuant, nouum induant, & cunctis suis studiis, & factis glorificare deũ, in procuranda salute, & augendis cõmodis proximorum. Porro hanc esse Christiani populi disciplinam, ac institutionẽ propriã, tota Scriptura copiosissimẽ docet. Et quod ad ceremonias, & ritus attinet religionis, & primũ, quibus homines in ecclesiã suscipiuntur communionem, dixi requiri, vt homines libenter se & suos offerant ecclesiã ministris catechizãdos. Istud docet abundẽ præceptum illud Domini: Mihi est omnis potestas tradita in cœlo, & in terra: profecti igitur, facite mihi discipulos omnes

nes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, Filij, & Spiritus sancti. Eo enim Dominus clarè præcipit, omnes eos, qui ipsi incorporantur Baptismate, sic doceri, vt ipsius sint discipuli, & discant seruare, quæcunq; ille præcepit. Precepto ergo eodē præcepit omnibus, qui de ipsius velint esse populo, vt huic se & suos doctrinæ studiose accommodent. Ea autem doctrina inchoanda est à Catechismo, hoc est, à simpliciore ac plañiore traditione & explicatione præcipuorum Christi dogmatum, quæ familiaribus fit præceptionibus, interrogationibus & responsionibus. Catechismis igitur se & suos debent accommodare, quicunq; disciplinam suscipiunt Christi. Requiritur autem & fidei cōfessionem, obedientiæq; Christo domino eiusq; ecclesie, atq; cunctis Christi fidis, & ministris, & membris, publicā in ecclesia professionem, constat satis cum ex multis alijs Scripturæ locis, tum vel ex eo solo, Roman. 10. Corde creditur ad salutem. salus enim nostra, hoc est, naturæ nostræ ad imaginem Dei re-

stitutio est in eo, vt totos nos consecremus eius maiestati, eamq; quibuscuq; liceat modis celebremus, hoc est, nomen eius sanctificemus. Cum iam Baptismate in filios & heredes dei regimur, cumq; in Ecclesia Christi recipimur eterna nobis vita comunicatur. Quis modo ista vere credens, non vltro cupidissime hec sibi collata beneficia, predicet in ecclesia magna populi dei, vota que gratitudinis sue enuncipet, & propositum suum per omnia viuendi ad gloriam dei profiteatur. Inde toties sancti in Psalmis optant reddere vota sua domino, & celebrare eum in ecclesia magna 9. 22. 35. 40. 111. 116. & multis alijs. Cumq; qui baptismum suum intelligit, & rite percipit, nouit eo se beatum esse, quod sit membrum Christi, cohærens omnibus illius membris, studet adiuuari in vita dei, per omnia & singula Christi membra. Nihil itaq; facit cupidius, quam conseruari coram omni Christi ecclesia, quanta se agnoscat à Christo Domino accepisse, & accepturum beneficia, & qua  
stu-

studeat se gratum coram domino prebere per omnem suam vitam, iuuarique se ad id expetat à tota ecclesia, ac membris eius singulis. Iam quia vita hæc dei fide constat: fides autem vt gignitur, ita & cōseruatur, augeturque auditu verbi Dei, ad proficiendū in vita Dei, necessarium est, frequenter audire verbū Dei, & efficaciter, eoque & precari assidue, gratiasque Deo agere: Sacramenta percipere, seque gratum Deo etiam benignis oblationibus declarare. Hæc docemur abunde exemplo primæ Ecclesiæ, Act. 20. & ex institutis Dei, qui in hoc, Sabbatū, & quotidie duos sacros conuentus instituit. Loca item consecrari sacra suo numini voluit, ad administrationem doctrinæ & sacrificiorū. Quæ omnia grauissimis poënis sancit. interfici præcepit, qui Sabbatū violasset, delendumque de populo suo iudicauit, qui neglexissent circumcidi Gen. 17. Qui pascha non ritè celebrassent, comeso fermento, Exod. 12. Qui Pascha celebrare neglexissent, Num. 9. Qui non afflixissent animam suam die ex-

piationis, Leuit. 23. Qui non, vt institutum ab ipso erat, sacrificasset, Leui. 7. De sacris oblationibus, Exo. 23. 24. Deut. 16. Etenim in sacris cœtibus precamur à Domino, & percipimus summa & infinita beneficia gratuito. Quę igitur pietas nostrarum quę gratitudo in nobis erga deum, si nō libeat paululum aliquid conferre ipsi, bonorum omnium largitori, de ipsius bonis, & in hoc ne desit esuriēti in minimis suis, cibus necessarius, sitienti potus, tectum extorri, nudo vestimentum, ægroto vel vincto solatiū? Cumq; omnis religionis administratio in sacris cœtibus ita debeat excipi, vt fides inde in Christū augeatur: ea fides, qua infinitā Dei erga nos charitatē cognoscimus & amplectimur, exerit se, & operatur per dilectionē. Dilectio autē non potest nō fratrum egestati succurrere, dum id valet. Qui enim videt fratrem suum egere, & clauserit ei viscera sua, quomodo manet in illo charitas Dei? Nec enim sermone & lingua, sed opere & veritate diligere nos inuicē oportet: atq; per id cognoscimus, quòd ex veritate

tate sumus. Quis non videat necessariò consequi, vt in vsus pauperũ Christi cõferant quàm liberalissimè, quicumq; in sacris cõtibus id agant & consequantur propter quod sunt instituti, & habentur à pijs hominibus, vt in fide scilicet Christi proficiant & charitate? Si verò dominus dederit sic augeri fidem, & charitatem inflammari vt cuiq; tribui oportet, quantum cuiq; sit opus, quis nõ studeat istud ipsum optima quoq; perfici ratione?

Porro absolutior & cõmodior ratio prospiciendi verè egentibus, & cū primis domesticis fidei, nulla potest excogitari, quàm ea sit, quam docet nos Spiritus sanctus Act. 2. 4. & 6. vt quisq; cõferat in commune quantum valeat, & liberè velit, idq; quod à fratribus fuerit collatum, seruetur & dispensetur, ne quid cuiquam fratrum desit, ad piè sancteq; viuendum per Ecclesiæ diaconos, viros ab omni ecclesia ad hoc muneris delectos propter perspectam & contestatam eorum pietatem, Spiritusq; sancti vim, & facultatem in eis lingu-



larem, vt electi, & ad hoc ipsum ministeriũ fuerunt cõstituti, D. Stephanus, & collegæ eius. Et hanc itaq; benignã in vsus pauperum Christi collationem & in eosdẽ fidam atq; salutarem eorum quę collata fuerunt à fidelibus, per ecclesię idoneos diaconos distributionẽ, restitui apud nos necessariò oportet, si recipere libeat Christi veram disciplinam. Iam de cura singulorum in ecclesia fratrum, deq; eorum admonitione, si quid peccent, adhortatione cùm cessant in officio: & quòd hæc cura, monẽdiq; & adhortandi sollicitudo atq; sedulitas, cùm primis quidem ecclesiarum incumbit curatoribus, & communib. administris, ita etiam in officio sit singulorum ministrorum, abundè docemur Matth. 18. Actor. 20. 1. Thessal. 3. Heb. 12.

Porro de tertio genere ceremoniarũ, quæ ad censuram atq; emendationem pertinent eorum, qui peccauerunt, dominum voluisse semper presentem vigere, contra palàm peccantes animaduersionem, Matth. 18. Si te frater, qui  
pec-

peccauit non audiuerit priuatè admonentem, adhibe vnū aut alterum, vt in ore duorū aut trium testium constet omne verbum. Si hoc non audiuerit, dic Ecclesiæ, si Ecclesiã non audiuerit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Vide quanto pere instandum sit admonitione atq; correctione his, qui aliquid deliquerūt: nec enim in peccato quisquã relinquendus est, dum vult frater haberi, & consors Ecclesiæ. Quocirca cùm priuata admonitio frustra fuerit, adhibēda est admonitio & per alios fratres ac plures: atq; si nec hi audiantur ab ijs, qui herent in delictis, deferenda peccata eorum sunt Ecclesiæ: atq; indubiè, vt eos & illa obiurget, & castiget per publicos suos ministros, coramq; toto Dei populo: si quidem aliter seruari nō possint, qui peccatis fuerint præoccupati, iuxta illud 1. Timot. 5. Eos qui peccauerunt, coram omnibus reprehende, vt & cæteri metum habeant. Atqui eos, qui ecclesiam aliquo flagitio, vel scelere contaminauerunt, atq; offenderunt, esse ligandos ad pœnitentiam su-

am, si qua verè compungantur, Ecclesie demonstrandum. Id dominus clarè requirit, cū ecclesijs potestatem fecit ligandi & absoluēdi, & ligandi quidem soluēdiq; ad salutem. Nec enim in Ecclesia potestas vlla est, quàm ad ædificationē 2. Corinth. 10. Quamobrè quod iubet dominus eos, qui Ecclesiam vocantem ad poenitentiam nō audiūt, habere vt Ethnicos & Publicanos, nō sic est accipiendum, tanquā his cura ecclesie omnis sit subducenda, nisi certū sit aliquos peccare ad mortem 1. Ioan. 5. Nam præcipit clarè spiritus Domini 2. Thessalonicē. 2. ne tales nos habeamus pro inimicis, sed corrigamus vt fratres si videlicet corrigi se patiātur. Qui em̄ canes se & porcos re ipsa declarēt contra pias admonitiones, his sanctum, & margaritę pię reprehensionis impertiri nō debent Matth. 7. Ligandi igitur sunt qui Ecclesiam non audiunt, nō vt simpliciter vitentur, tanquā Ethnicis & Publicanis: sed ligandi sunt ad agēdam poenitentiam, eamq; vt agant quaq; occasione, excitandi. Sed nec hic solū,

qui

qui correctionem Ecclesie respuunt, ligandi sunt, ad demonstrandam populo Dei suam de peccatis poenitentiam, verum non quoque, qui etiam si reprehensionem ecclesie admittant, vereque a peccatis resipiscant, siquidem flagitio aliquo & scelere, ecclesiam oblaeserunt: ita ut incestus ille Corinthius ecclesiam suam suo funestaret incestu. Hunc enim Corinthium eiusmodi ob peccatum suum dolor inuaserat, ut Paulus metueret ei, ne impelleretur a Satana in desperationem 2. Corinth. 2. eumque dolorem verisimile est, concepisse eum statim, ut a tota ecclesia Corinthiorum fuit obiurgatus, abstentus a sacris, & per Paulum traditus Satanae, attamen non receptus hic fuit ilico, ut aliquam peccati sui declarauit poenitentiam: iusto tempore oportebat eum fidem suae poenitentiae ecclesiae approbare. Etenim a grandi peccato si quis vere resipiscat, sentiatque peccati sui atrocitatem, hoc est, quantum deus illud detestetur, quantumque Deo per illud facta sit contumelia, quantumque ipsi ob id peccatum debeatur suppli-

cium, is certè non leuè ideo nec momè-  
 taneo cõpungetur dolore. Dolor verò  
 acris, pudor vehemens, & peccati seria  
 detestatio, latère nō possunt. Si enim  
 πλεονεξῆσι illi mundi, peccarint in cõtra-  
 ctibus suis, vt pro lucro, luculentum dā-  
 num accerserint: videas certè eos non  
 vna & altera septimana damnum illud  
 elugere: quin reperias, qui ex eo dolo-  
 re manus sibi consciscant, aut incidant  
 in amentiam. Ita si qui ex ambitiosis ho-  
 minibus, è summis honorib. & primis  
 Regij fauoris gradibus, in grauē deci-  
 dāt ignominiā, procul ab omni fauore  
 singulari regis reiecti, quāta cernimus  
 & tales animi egritudine opprimi, quā-  
 ta cõfici tristitia: quā deniq; & acerbo  
 & diuturno luctu detinētur pleriq; ho-  
 minum, cū morsextulerit charos sibi  
 coniuges, liberos, aut alios necessarios  
 & amicos. Hęc itaq; est omnis verę pœ-  
 nitentię, veri doloris de errato damno  
 fiore, vis & natura, vt hominem aliquā  
 diu teneat, & ab omnib. carnis solacijs  
 abstrahat. Siq; is dolor sit propterea  
 quòd quis offenderit eū, cuius beneuo-  
 lentiam

lentiam magni faciat, & cupiat magno  
 pere sibi restitutam, impellet etiam, vt  
 studiosè, omnia ea, & vitet & faciat, qui  
 bus vel euítatis vel factis, speret se ei,  
 quē offenderit, gratificaturū. Talis cer-  
 te erat pœnitētia mulieris peccatricis,  
 publicani, Petri in Euangelio, talis Ni-  
 niuitarum, talis Danielis, pro toto po-  
 pulo, apud eundem 9. talis Esdrę 9. &  
 10. Ista & similia loca perpendantur: &  
 illa Psal. 32, Quoniam tacui, contabue-  
 runt ossa mea prę rugitu meo tota die,  
 quoniam die ac nocte grauatur super  
 me manus tua, versusq; est succus me-  
 us in siccitates æstiuas, &c. Item Psalm.  
 51. Peccaui tibi soli. Ea ergo, cū sit vis  
 & natura omnis veræ pœnitentiæ: &  
 deceat pœnitentiam in nobis cū de-  
 um offendimus, existere, quàm acerrimam:  
 nec enim vllius debet nobis plu-  
 ris haberi beneuolentia, quā Dei: sicut  
 nihil potest nobis accidere nocentius  
 quàm offensa dei ecclesia, Christi filia  
 & columna veritatis, cū quid quēq;  
 in corde suo pœniteat, videre nō vale-  
 at, meritò signa & effecta requirit hu-

ius veræ pœnitentię in ijs, quos debet hoc ipso pœnitentię nomine suscipere, atq; sacrorũ Christi facere participes. Myſteria enim hæc dei, verè credentib. tantũ, & de peccatis ſuis pœnitentibus à domino deputata ſunt, bona fide diſpenſanda 1. Corin. 4. Et cauendũ eſt Eccleſijs, ne cui cauſam præbeant ſumendi ſibi iudiciũ in ſumendo ſacramento ſalutis, quod faciunt, quicumq; abſq; vera peccatorum ſuorum pœnitentia ſacramentis Domini communicant. Quamobrem ſi qui in grauius ali quod peccatum incidiffent, & manifeſtũ flagitiũ, vt Corinthius ille inceſtus inciderat, eos priſcę Eccleſię, quę Chriſti diſciplinam adhuc rectè tenebant, ligabant certo tempore ad agendã hoc eſt, demonſtrandam pœnitentiam per opera & fructus veros pœnitentię etiam ſi illos iam tum peccati ſui pœnitere appareret. Id enim erat conſentaneum verę pœnitentię deteriore lapſu: quę (vt dictum) ſi vera ſit, aliquãdiu hæret, tum vtile ad cauendum peccatũ tã ipſi, qui ligabatur, quã toti reliquę eccleſiæ

clesiæ. Qua de causa, & Dominus ipse Mariam, sororem Mose, quanquam de suo iam contra fratrem murmure, pœnitentem, & Mose fratre pro ea intercedente, voluit septem diebus patere ignominie, exclusam ecclesia Dei, & lepra percussam, Num. 12. Atq; hinc est quod Diuus Cyprianus tantopere urgebat, lapsis in persecutionibus, non illico dandam esse veniam, sed diu, ac iusto tempore eos agere pœnitentiã. De quo vide epistolam eius 2. & 3. lib. 1. & lib. 3. ab epistola 14. vsq; ad 20. Et in sermone de Lapsis, ex quo videantur.

Item exemplum Ambrosij in legatione Theodosij apud Theodoretum li. 5. cap. 18. Et apud Sozomenũ lib. 7. cap. 24. Porrò licet abstinendi sint ad tẽpus qui grauioribus peccatis Ecclesiã funestauerunt: tamen seuerior debet esse excomunicatio eorum qui ecclesiam nõ audiunt. Hos omnino vitari oportet a Christianis, quòd magnam habet vim emendandi homines. Xenophon in libello de Republica Lacedem. Euripides in Oreste ab initio, post publicã i-



taq; obiurgationem, qui ecclesiam flagitio aliquo deturbarunt & offenderunt est in partibus disciplinæ, qua tales sanari debent, vinculi ad agendam poenitentiam certo tēpore grata susceptio, tum etiam abstentorum atq; excommunicatorū euitatio. Tertia verò huius poenitentialis disciplinæ pars, est peccatorum confessio: quanquã enim tota poenitentia actio sit, & vocetur veteribus sanctis *ἔφομολόγησις*: est enim peccatorum realis deploratio & detestatio, tamen & ore quisq; ligatorum ad poenitentiam, debet peccata accusare & deplorare sua, emendationemq; vite polliceri. Hęc verò confessio, non est prauè facti narratio: sed quòd prauè & male factum sit, agnitio & detestatio. Eam videmus & apud homines, cùm ab ijs, qui peccatorum suorum veniam orant, requiri, tum per magnã habere vim, cùm fit ingenuè ad placandum eum, in quẽ fit peccatum. Vnde & Nathan ad Dauid, cùm peccatum suum esset confessus, dixissetq; Peccaui, quę brevis erat cõfessio: Transtulit Deus, inquit Nathan

SACRIMINISTERII. SI  
than, peccatū tuū. Idēq; dixit, vt vates  
Dei. Habet eiusmodi peccatorum con-  
fessio, id est, agnitio & deploratio,  
quandam in se, nihil tale posthac com-  
mittendi promissionem. Quod enim  
quis agnoscit ex animo, damnatēq; esse  
à se factū male, id studet postea evita-  
re. Quin necessarius effectus etiā est.  
Hæc confessio veræ pœnitentiæ, quod  
vel in filio prodigo videre est, qui mox  
vt stultitiæ suæ concepit verā pœnitē-  
tiam, de confitendo peccatū suum a-  
pud patrem, cogitauit. Dicam, inquit,  
patri: Peccaui in cœlum, & aduersum  
te, nec sum dignus vocari filius tuus,  
fac me vnum ex mercenarijs tuis. Ean-  
demq; confessionē non potuit omitte-  
re, etiā si ei pater occurrisset, & comple-  
xus eū esset atq; osculatus. Talē exi-  
gere Dñs peccatorum confessionem  
à suis hominibus satis se declarauit, cū  
certa populo suo veteri pro expiandis  
peccatis sacrificia præscripsit, & sacer-  
dotibus ipsis, & vniuerso populo, &  
principibus, & cuiq; priuato, Leuit. 4.  
Quid enim aliud, quā peccatorū erat

cōfessio, cūm qui peccassent, hostiant  
 eam, quę à Domino requirebatur, pro  
 eiusmodi peccato offerret, nitereturq̃  
 manibus suis, victimarum capitibus,  
 ac quòd expiari peccatum suum per sa  
 cerdotē supplices peterent. In quin  
 to verò capite requirit dominus diser  
 tē, & oris confessionē de peccatis, quo  
 rum eo loci expiationem describit, &  
 ait: Eritq̃ cūm quis vni ex his peccatis  
 obstrictus fuerit, confitebit̃, quod pec  
 carit ea in re אֲשֶׁר אָטָה עֲלֶיךָ. Ita in expia  
 tione totius populi eodē libro cap. 16.  
 præcipit, vt sacerdos impositis ambabu  
 bus manibus hirco, in desertum emit  
 tendo, confiteretur omnes iniquitates  
 filiorū Israel, & omnia scelera cum pec  
 catis eorum, hoc est, cuncta eorum vi  
 tia, flagitiose facta, & errata. Qua cer  
 tē cōfessione, sacerdos non potuit sin  
 gulorum vitia singula, & morbos, fla  
 gitia & scelera, lapsus & errata enume  
 rare, sed in genere agnoscebat, & de  
 plorabat, omnem populū obnoxium  
 esse omni generi vitiorū, incredulitati  
 & ignorantioni Dei, superstitioni, atq̃  
 ad omnē

SACRI MINISTERII. 83  
ad omnem falsam religionem propen-  
sioni, fallēdi, fraudandiq; prauitati, cu-  
piditatib. immodicis, honorū, opum,  
voluptatum. Tum si qua eo animo ad-  
missa erāt flagitia, & scelera, cædes, a-  
dulteria, defraudationes proximorū  
& aliæ truculentæ iniuriæ, hæc quoq;  
mala deplorabat, tanq; à toto populo  
admissa, propter communicationem,  
quæ in omnibus populis, & ciuitatib.  
apud Deū existit in bonis & malis re-  
bus. Deniq; addebant delicta, errata,  
neglecta, quæ nō destinata voluntate  
admittunt, admittuntur tamen contra  
legem Dei. Videmus & ex verbis Do-  
mini Luc. 17. confessionem peccato-  
rum, de qua dixi, cum esse pœnitentiæ  
verę indubitātū effectum, tum ad per-  
cipiendā veniam erratorū esse necessa-  
riam. Si peccauerit in te frater tuus, ob-  
iurga eum, corripe, *ἐπιτιμῶσού αὐτόν*. Et  
si pœniteat eum, remitte ei. et si septies  
in die peccet in te, & septies cōuertat  
se ad te, dicēs, Pœnitet me, remittas ei.  
Quam itaque natura ipsa pœnitentię,  
peccatorum exprimit confessionē, &

Deus à nobis in lege sua postulat, eam iure requirūt ecclesie ab omnibus, qui in grauiora peccata sunt prolapsi. Nā veram, viuam, solidamq; pœnitētiā ab eis requirit necessario. Si itaq; causam, ergo effectū, qui abesse à sua causa non potest. Atq; hinc, quòd sit naturæ pœnitentiæ peccata cōfiteri, sancti aliquando ac riore peccatorū suorum, etiam leuiorum & occultorum pœnitentiā cōpuncti, ἐφομολόγησιν faciebant, cōscientiæ, & animi sui pondus exponebāt, vt Diuus Cyprianus meminit, sermone de Lapsis.

Inde nata est confessio secretaria, quā tandem exigere pseudoepiscopi cœperūt ab omnibus, vt eo facilius & certius omnibus dominarētur, obstrictis sibi omniū cōscientijs. Porro quia grata Deo cōfessio nō potest fieri, nisi à verè pœnitente, omnino imperari cōfessio illa de peccatis Ecclesie à nemi-  
ne potest. Eorum autem peccatorum, quæ Ecclesie innotuerūt, confessionē eam, quā declarauit, necessario requirit. Priuata tamē illa cōfessio utilis fuerit si

rit si vltro fiat, ex vera animi poenitentia, & apud recte doctum animatum ad regnum Dei ministrum, qui studeat, confitentes & docere peccatorum atrocitate, si eam non satis sentiant, atque contra peccata munire, ne illa repant, consolarique de Dei misericordia, si nimis exagitentur conscientiae dolorum stimulis, expedire denique mentes salutaribus consilijs, si dubitationibus de officio sint implicatae. Haec si priuata confessione quaerantur, & percipiantur, etiam confessio eiusmodi erit vice priuati catechismi. Ex his itaque cognoscitur, tertiam disciplinam poenitentialis partem esse peccatorum confessionem, qualemque eam facere oporteat. Quarta pars huius disciplinam est absolutio, & cum domino, atque ecclesiae reconciliatio. ea fiebat olim, non nisi & plebe Christi consentiente, & per impositionem manuum episcopi, & presbyterorum: perficiebatur vero per mensam Dominicam communicationem. Videatur epistola diuini Cypriani lib. 1. cap. 3. de consensu plebis, de reliquis 14. Epistola, & 16. lib. 3.

Cur verò sit populi cōsensus requiren-  
 dus, inde liquet: singulis in Ecclesia vi-  
 tari debēt, qui ab Ecclesiae cōsortio ab-  
 stinent, & ideo, quia sint iustè abstenti.  
 Par igit̃ est, vt & de absolutione, atque  
 recōciliatione iudicēt. Id quoq; maio-  
 rem cōciliat, & abstentioni, & absolu-  
 tioni auctoritatē, acriusq; incutit odiū  
 tædiumq; peccati. His itaq; quatuor  
 partibus constat ea disciplina, quæ de-  
 bet esse remedio ijs, qui in peccata fue-  
 runt lapsi grauiora. Atq; ita iam planū  
 esse potest, quid in vniuersum sit, & q̃t  
 constet partibus ecclesiae disciplina,  
 quasq; requirat ceremonias, & ab ijs,  
 qui in ecclesia debent ad progredien-  
 dum in vita Dei, inuitari, & vrgeri, &  
 eorum qui cū in ecclesiae communi-  
 one iam versantur, in grauiora incidūt  
 peccata, vt sanentur, & peccare cū  
 desinant, tum porrò caueant absten-  
 tione.

Porrò administrare hoc totius di-  
 sciplinæ ministerium, est homines sic  
 ex verbo domini, auctoritate, & pio-  
 rum exemplis adsuefacere, vt libenter  
 & religi-

& religiosè omnibus explicatis, disciplinæ partibus accommodent, impendantq;. Administrum huius ministerij, sunt omnes quidem in cleri ordine constituti, imò etiã singuli Christiani, quisq; tamẽ pro sua portione & loco. episcopis autẽ & presbyteris, summa ministerij cura incumbit. Atq; fidei cõfessionẽ, & obedientiã Christi professionem publicã recipere, peculiariter ad episcopos pertinet & presbyteros, sicut etiã eam facientes confessionem atq; professionem, in ecclesię cõsortio confirmare, ad mensamq; Domini admittere. Sic horum quoque præcipuè est, moderari atque exigere ceremonias, quibus proficiendũ est in vita Christi. Postremò nec vel abstineri, vel excommunicari debet quisq;, aut rursus Ecclesiæ, & dño reconciliari, sine horum præiudicio. Hæc vel ex eo patet, quòd vel episcopis vel presbyteris suprema cura incumbit totius ecclesiæ, & omniũ eius ministeriorũ: tum ex exemplis Apostolicis, quę descripta sunt Act. 8. ubi legimus, Samaritas, cũ fidẽ



Christi recepissēt, esse per Apostolos in fide confirmatos. Item 2. Corinth. 11. vbi Apostolus meminit, se & tradidisse ritus quosdā, & traditurum esse. Itē 1. Thess. 2. Postremò de excommunicatione & absolutione 1. Corinth. 5. Ego quidem corpore absens, spiritu verò præsens, iam iudicavi tanquā præsens, eum qui istud admisit, congregatis vobis cum meo spiritu, cum virtute Domini nostri Iesu Christi, tradere talē Satanæ. Voluit Apostolus incestū illum totius ecclesiæ iudicio condemnari, & reprehendit Corinthios, quòd id facere neglexissent: attamen cū factum non esset, ipse tanquam præsens, cū absens esset, administravit hoc iudicium, præiens suo præiudicio. Idem fecit & de eiusdem hominis reconciliatione, vt legimus 2. Corinth. 2. Diaconis tamen episcopi, & cunctis cleri ordinibus, & in loco etiam laicis, ad omnes disciplinæ partes vtuntur ministris. Ad omnem enim ædificationem in vita dei, singula Christi membra debent aliquid conferre.

**S**equitur nunc de Disciplina Clericali. Quia enim hi, sacris ecclesiarum ministerijs præfecti sunt, debentque toti reliquo Christi populo, doctrinam, sacramenta, & disciplinam salutis omnem administrare, atque ideo suis quoque exemplis hæc ornare, & commendare, peculiari quadam illis opus est disciplina & assuefactione, præter singulare studium, communi se ecclesie accommodandi. Ea itaque peculiaris cleri disciplina, est institutio & agendi ratio, qua sacris ecclesie ministerijs assignati, student eadem ministeria & salutariter iuxta Domini præcepta administrare, & omni vitæ sanctimonia ornare, atque commendare. Constat verò ista clericalis disciplina his partibus. Primum est, seuerior abstinètia ab omnibus delictijs carnis, & pœpæ huius mundi, lautioribus, & salutioribus. cõuiujs, ludis, venationibus, splendidis vestibus, preciosa supellectile, pphano famulatio, & his similib. quæ in laicis aliquo modo tolerant, à clericorū tamē professi-

one aliena sunt. Altera pars est, Re-  
 iectio omnium eorum vitæ præsentis  
 negotiorum, quæ impedimentum ad-  
 ferat sacris ministerijs legitimè obeun-  
 dis, ac necessariæ ad hæc ritè præstan-  
 da, præparationi, hoc est, vel sanctifica-  
 tioni vitæ per abstinētiam à curis atq;  
 delicijs mundi: vel instructioni, per iu-  
 gem diuinarum scripturarū, omnisq;  
 spiritualis prudentiæ meditationem.  
 Eiusmodi negocia sunt, Militia, occu-  
 pationes fori, mercatura, institoria ne-  
 gocia, præesse cauponis, cœnopolijs,  
 balneis, vacare operibus sordidis, vt fo-  
 diendis metallis, lapidibus, coquendæ  
 calci, conferendæ arenæ, purgandis  
 vijs, & similibus operibus. Tertia  
 pars huius disciplinæ, Traditio sui in  
 singularem obedientiam, præstandam  
 primùm ab omnibus episcopo & præ-  
 bytero: deinde ab vnoquoque cleri-  
 co, ijs qui sunt in clericatu gradus supe-  
 rioris, & à quo possunt ad rectè obe-  
 undum ministerium suum adiuuari:  
 postremò ab episcopis, sy. odis, ac eti-  
 am suo modo, episcopis Metropolita-  
 nis,

nis, cunctisq; quibus amplior sit ecclesiarum cura demandata. Quarta est, studiū magis assiduū & pertinax, quā à laicis requiritur diuinarum scripturarum, ac omniū artium, quibus possint plenius & diuinæ scripturæ intelligi, & opera omnia Dei, eiusq; in his infinita potentia, sapiētia, & bonitas, hoc est, diuinitas cognosci. Postrema est diligens & religiosa cura, animaduersio, & instantia obeundi, non solū quæ cuiq; clericorū sunt propriè demādata, verū etiam omnia quæ quisq; possit, & ecclesiarū requirat salus, ministeria, vt doctrinæ & sacramentorū & disciplinæ. His itaque quinque partibus continetur disciplina clericalis. Scripturæ diuinæ de his præceptis hæc sunt.

De prima ceremonia huius ordinis, vt scilicet clerici omnes abstineāt seuerius ab omnib. & carnis delicijs, & pōpis mundi, vt à lautiorib. conuiujs, ludis, venationib. preciosis vestibus, & ornatu superfluo, cæterarū quoq; rerū &c. est præceptū Dñi, ad omnes quidem homines, sed eo ipso cū primis

ad eos, quorum præcipue partes sunt, alios dño adducere, & formare. Vide-  
 te ne grauentur corda vestra, crapula,  
 ebrietas, & curis huius vitæ: & obruat  
 vos dies illa subito: Nā vt laqueus ve-  
 niet super omnes, qui super terram ha-  
 bitant. Vigilate igitur, precantes vt de-  
 tur vobis, omnia ista effugere, & stare  
 coram filio hominis. Ecclesiarū cura-  
 toribus, summa opus est vigilantia, &  
 precum assiduitate, cordeq; libero, om-  
 nibus alienis à suo munere studiis:  
 obeunt enim munus humanis inge-  
 nijs longè difficillimū, vt homines tam  
 peruersos, & impios natura, vitam do-  
 ceant dei, hoc est, ad summam vitæ re-  
 ctitudinem atq; pietatem. Quo circa  
 his summopere incumbendum est, vt  
 carnem suam crucifigant cum morbis  
 suis & concupiscentijs, crucifigaturq;  
 mundo, & mundus ipsis: vt corpus su-  
 um subijciant, & in seruitutē redigāt,  
 ne cū prædicauerint alijs, ipsi fiant re-  
 probi. Hinc Spiritus sanctus nomi-  
 natim ab ecclesiarum ministris, eo-  
 rumq; etiam vxoribus, liberis, & fami-  
 lia re-

SACRI MINISTERII. 93  
lia requirit, vt sint sobrii, temperantes,  
non vino dediti, nulli obnoxii crimina  
tioni de dissolutiore vita, graues, hone  
sti, non turpis lucri cupidi 1. Timoth.  
3. & Tit. 1. Et 2. ad Timotheum 2. cupi  
ditates iuueniles fuge. Typos enim se  
& exemplaria præstare debent, omni  
populo Dei, in conuersatione, dilecti  
one, in spiritu, in fide, in puritate. Quæ  
cùm prisca Ecclesiæ rectè considera  
rent, constituerunt in concilijs suis cle  
ricos excōmunicandos, vel deponen  
dos, qui in cauponis conuiuentur, nisi  
iter faciāt, sintq; peregrè, Can. Apost.  
54. Con. Carth. cap. 40. & Laod. Can.  
24. Item qui conuiuia agitent ex colla  
tis symbolis Laodicē. Can. 54. Qui in  
ebrientur Can. Apost. 43. Qui splen  
didis, aut sericis vestibus vtant, vel vn  
guētis delibētur, Nicen. Con. 2. Can.  
26. Qui ludant tesseriis Can. Apost. 43.  
Qui intersint spectaculis aut ludis so  
lutoribus Conc. Laod. 49. Carth. 15.  
Qui saltationib. mimis, scenæ. Conc. in  
Trullo, Can. 52. Si vacēt venationibus  
Con. in Trullo Can. 51. In Con. Agath.

Can. 55. Hæc ita constituta sunt à sanctis. patribus cōsentienter præceptis Dei. Nā quæ exhibebant tum spectacula & ludi, saltatiōes, mimi, scenæ: hæc omnia referta erant multa turpitudine obscœnitate, & pernīcie humanorū, & ingeniorū, atq; corporum. Si chori dicerentur, qualē duxit Miriā soror Moſe cum tympanis, vnā cum sanctis matronis atq; virginibus populi Dei, transito mari rubro: qualis excepit Saulem & Dauidem à victoria reuertētes Philistinorū, Goliath interfecto: his ludis possint in loco & tēpore adesse & clerici. De altera disciplinæ clericalis ceremoniā, vt abstineant se ab omnib. negocijs, quæ illos remorentur, vt nō toti vacēt ministerijs suis, n̄s q̄ studijs, quibus ad ritē obeunda sua ministeria parentur & instruantur, vt est militia, occupatio fori &c. De hac est præceptū Spiritus sancti 2. Timoth. Nemo militaris implicat se negocijs, quib. victus paratur, vt approbet se duci. Argumētū à simili, à militia quæ geritur contra homines: nostra contra spiritus est instituta.

stituta, Eph. 6. Ergo difficilior. Ex quo Spiritus sancti canone constituerunt postea s. patres, ne quis clericus militet aut se administrandæ Reipub. admisceat, Cano. Apost. 81. 83. Conc. Chalced. Can. 3. Ne mercaturę se implicet decreto Gelasij 17. Ne sit procurator & aliorum negotiorũ susceptor Carth. Con. Ca. 16. Ne tutor aut curator, Cypr. epistol. 9. lib. 1. Nec caupo, in Trullo Ca. 9. Hi canones omnes nituntur eo: Nullũ est munus, quod plus curæ & studij requirat, procuratione animarum. Nec enim alia est, vel ad salutem humani generis magis necessaria: religione enim vita ipsa æterna cõtinetur, vel maioris difficultatis. Huius enim est hominem totum immutare, & contrã q̃ ferat eius natura. Quare hæc hominis (quæ sacro perfici debet ministerio) immutatio & innouatio veteris hominis dicitur crucifixio & mors. Istud cum probe nosset & Satan, effecit vt episcopi, abbates & præcipui ecclesiarũ prælati accerferentur à Regibus & Imperatoribus in aulas, ad negocia publ. & belli,



& pacis. Hinc conſequuta hæc mala ſunt. Primū neglectus nouus ſacri miniſteriꝝ, fermētatio doctrinæ, interitus diſciplinæ. Deinde vt prælati, ſatraparum locum cœperūt tenere, eorum etiã luxum & pompã ſibi vendicarunt. Ad quã rem cū & opes ſatraparum requirebantur, quæ debebãt de rebus eccleſiaſticis diſpẽſare in fideles Eccleſiarum miniſtros, in ſcholas, in Chriſti pauperes, ea omnia per horrendum ſacrilegiū illis erepta, impenderunt in luxum & pompã ſatrapalem. Cumq; eis ad hunc luxum & pompam, eccleſiæ facultates nō eſſent ſatis, & eblanditi emendicatiq; ſunt, varijsq; fraudibus abſtulerunt à Regibus luculẽtas ditio- nes, & magna imperia. Quibus dein- de acceſſionibus factis, luxus iſtorū, non ſotus tantū & ſuſtentatus fuit, verū etiã in immẽſum auctus. Quod poſtea eo valuit, vt nō ſingulis ſingularū eccleſiarū ſufficerent ſpolia, verū me eò produxerūt, vt vnus diſpoliet hodie tres vel quatuor epiſcopat. ab- batias, & prælaturas alias, & parochi-  
arum

arum numerum, quem horrendum sit nominasse. Nam nuper in hoc regno aiunt mortuum, qui circiter viginti deglubuerit ecclesias, seu parochias. Si itaq; ecclesijs debeat rursus de ministerijs eterne salutis recte prospici, necesse profecto erit, non quidem agros & proventus ecclesiarum, ab ecclesiasticis vltibus alienare, sed ab omni horum participatione submouere, qui sua ecclesijs probata ministeria non prestant fide optima, tum etiam ab eorum collectione, vendicatione & distributione, quam per se faciant, liberare, & episcopos & presbyteros, quorum precipue munus est, laborare in verbo & doctrina. Statui quidem debet per episcopos & presbyteros, quid & quantum cuique bona fide ecclesijs ministrantibus, quid docentibus & discipulis in scholis, quid cuique egenorum, sit de rebus ecclesiarum impartendum. Rationem debent hi quoque suscipere & diiudicare ab ijs, qui res ecclesie procurant, diaconis, subdiaconis, defensoribus, œconomis, maioribus domus. Et quia Rempublicam gubernamus.

re, & externā procurare iurisdictionē, vtrunq; totum quoq; hominem requirit: vtraque certē re episcopi, & presbyteri, & omnes clerici exonerentur necesse est, tum Reipublicæ administratione, tum exercendis externis populi iudicijs, vt toti valeant incumbere ministerijs verbi, & vniuersæ religionis, quibus & Christus dominus, Apostoli, & omnes veri olim episcopi solis toti vacauerunt, cunctis alijs à se reiectis negocijs.

Ad vtrunq; partē hanc, & primam clericalis disciplinæ requiri quidam volūt, & celibatum sacerdotum.

Tertiā disciplinæ clericalis pars est, subiectio peculiaris, qua clerici gradus, & ministerij inferioris se subiiciūt illis, qui sunt in ordine & ministerio superiore. Hanc disciplinæ partē docuit dominus nos, & exēplo suo, qui discipulos suos futuros doctores Electorū Dei, per vniuersum orbem, peculiari ad hoc munus magisterio, & quadā domestica disciplina instituit, quem imitati Apostoli, suos quoque discipulos vnusquisq;

quifq; habuit, quos ad sacrū ministeriū rite obeundum formaret.

Omnis enim difficilior vitę functio, peculiarē quoq; ac perpetuam requirit doctrinam, institutionem, ac custodiā: vti videre est in philosophiæ studijs, & institutione militari. Quod perpendēs Lycurgus, Rempublicam Lacedæmoniorum sic instituit (vti Xenophon testatur) ne vilis in Republica ordo sine suo proprio esset magisterio. Item & Plato in suis legibus & Repub. requirit, ne quid omnino sit in ciuibus ἀφρονος. Hinc & Dominus noster, quum vult suos sic committi inuicem, & coherere, vt membra in corpore commissa sunt, atque coherent, subiicit sanē: Vnumquenque suorum alijs, à quibus tanquam à membris amplioris, ac latius patentis virtutis & efficacię custodiatur, moueatur & tegatur. Idem præcepit Spiritus sanctus Subijcimini inuicem in timore Dei, Ephes. 5.

Ista itaq; cōsiderantes, sancti olim Patres, eum in cleri ordine descripserunt

vt cæteri omnes clerici à presbyterio  
singulari cura custodirētur & guberna-  
rentur. Inter presbyteros verò episco-  
pus, vt cōsul inter senatores Reipu. ita  
hic primā, cum totius ecclesie, tum sin-  
gulariter ordinis clericalis vniuersi cu-  
ram gereret, atq; custodiā. Episcopos  
verò ordinauerunt singulis frequentio-  
ribus ecclesijs, atq; cuiq; talium eccle-  
siarum viciniōres, quę in minoribus es-  
sent oppidulis vel pagis, ecclesias com-  
mendauerunt, eoq; voluerunt presby-  
teros, atq; curatores istarum ecclesiarū  
quos vocauerūt Chorepiscopos, quos  
que viciniōri sibi episcopo, & presby-  
terio auscultare. Quos episcopi illi pri-  
mores subinde cum omni suo clero cō-  
uocabant, & in scientia atq; diligentia  
muneris sui instaurabāt. Cum verò ve-  
lit Dominus vt sui homines se mutuò  
cōplectātur, & curā sui inuicem gerāt,  
quā longē lateq; possint (sunt enim  
Christiani omnes vnū corpus) consti-  
tuerunt sancti patres, vt episcopi cuius-  
que provincię (in provincias enim iam  
omnes Romanis subiectæ ditiones e-  
rant

rant distributæ ) conuenirent vnâ cum presbyteris, quoties quidē id Ecclesiarū vsus posceret, certo tamen bis in anno, deq; Christi doctrina atq; disciplina, vt illa in quibusq; ecclesijs administraretur, & vigeret, inquirerent: ac vbi peccatū esse deprehendissent, id corrigerent: quę cognouissent rectē habere confirmarent, & proueherēt. Vt he verò Synodi rectē & ordine administraretur, voluerūt illis p̄esse & conuocādis & moderandis, Metropolitā, episcopos cuiusq; Metropolis: sic enim vocabatur p̄cipua in vnaquaq; prouincia ciuitas, vbi sup̄emi p̄sidis p̄torium erat: ac proinde his Metropolitanis episcopis in iunxerunt curam quandam, & sollicitudinem omnium ecclesiarum per suam prouinciam: vt si quid minus rectē, vel à ministris ecclesiarū vel à plebibus institutū, factūve intellexissent, monerent de eo in tempore, siq; id suis admonitionibus nō possent emendare, vt ad corrigendum illud episcoporum conuocarent Synodū: nā nihil iudicij illis concessum erat, quod

sua propria autoritate exercerent in ecclesijs, quę ipsę suos haberent episcopos: omne enim & in plebē & clerū iudicium, erat penes suum cuiusq; ecclesię episcopum & presbyterum: episcopos autē iudicabat Synodus. Eoq; cū ecclesijs essent ordinandi episcopi, constitutum erat, vt ad eandem ecclesiam conuenirent cum cunctis (si id fieri Ecclesiarum commodo posset) sin, cū aliquibus, non minus tamen duobus aut tribus prouincię suę episcopis, qui electionem episcopi (si facienda adhuc esset) gubernarent, factamq; examinarēt & in electum inquirerent quamseuerissime, vitamq; omnem eius & facultatem ad episcopale munus, explorarēt: ac tum demum ad episcopalē functionem initiarent. Quę omnia eo erant instituta, & valebant, vt esset inter ecclesias, & earum ministros, quanta omnino posset esse notitia, curaq; mutua: & ad arcenda atq; depellenda cuncta doctrinę, morumq; offendicula, & ad fidei atq; vitę Christo domino dignę edificationem sustentandam, prouehendam,

dam, atq; efficiendam efficaciorē: addeò, vt si aliqui ab officio cessassent suo cæteri episcopi succurrerent, etiam vsque ad obstinatorum abstentionem, ac etiam à munere episcopali deiectionē. Considerentur quæ diuus Cyprianus ad Stephanum Romanum Pontificē, de Martiano episcopo Arelatensi, qui in sectam Nouatiani transierat, lib. 3. epist. 13. tum illa quæ scripsit in epist. 3. li. 1. de distributa cuiq; episcoporum certa gregis portione: & quæ præfatus est in Concil. Carthaginensi, vt scripsit ad Quirinum.

Porrò, vbi orbis ecclesijs refertus fuit ac ipsi quoq; Metropolitanis sua singulari cura opus haberent: nec enim pro vt cœperāt esse plurimi, ita omnes pro suo loco satis vel sapiebant vel vigilabant (pauci enim semper, & in omnib. hominū ordinibus præstantes) episcopis quibusdam primarum ecclesiarum aliquot prouinciarū cura demandata est, vt Romano, Constantinopolitano Antiocheno, Alexādrino, deinde & Cæsariensi, Cappadociæ, & alijs quibus-



dam, prout fidelium Christi ecclesijs multiplicatis, necessitas videbatur requirere. His tamē primatib. episcopis (quos postea vocauerunt Patriarchas) nihil omnino iuris erat in illos episcopos alios, vel ecclesias, vltra quàm dixi, cuius fuisse Metropolitæ, in ecclesias atq; episcopos sue prouincię. Quisq; sue portioni ecclesiarum debebat singularem curam, & sollicitudinem: monere quoque episcopos in tempore, si quid peccasset aliquis, aut in suo munere cessasset, & nihil profecisset monendo, cōciliij adhibere authoritatem. Inter hos primus locus delatus Romano, cū propter D. Petri reuerentiam, tum propter Urbis maiestatem. Quam rationem sequuti postea Patres, secundas tribuerunt Cōstantinopolitano, vt alterę Romę, sedisq; Imperij episcopo, cū Antiochenus ante secundum locum inter hos Patriarchas obtinuisset. Vt autē natura hominum vitiata ambitione semper magis elaborat, vt latē, quàm vt bene præsit, Patriarchę isti, occasionis istius generalis curę ecclesiarum, ipsis de-

man-

mandatę, pertraxerunt ad se, primũ viciniorum episcoporum ordinationẽ atq; per eam ordinationem, sensim aliquam in tales episcopos, atq; eorũ ecclesias arripuerunt, confirmaruntq; iurisdictionem. Quod malum, cũ iam glisceret, cœpit graue existere certamẽ de generali in omnes ecclesias imperio: quod quidẽ primũ sibi sumere conatus est Ioannes quidam Constantinopolitanus episcopus sub Imperatore Mauricio: de qua contentione per multę epistolę inter epistolas D. Gregorij li. 5. 6. & 7. extat. Tandẽ sub Phoca obtinuit Romanus hũc titulũ vniuersalis episcopi, quo sensim abuti magis magisq; huius sedis episcopi cœperũt, donec occasione, primũ diuisione Imperij sub Carolo Magno, postea dissidijs principũ, & nationum, quib. fregerũt potentiã Imperatorum occidentis, atq; regum aliorum, se in illam, quã nunc iactant, Antichristianam potentiam extulerunt, oppressa primũ episcoporum, deinde omnium etiam Regum & Imperatorum potestate. Sici-

taque evertit Satan omnē clericalis ordinis salutarem obedientiam & gubernationem. Romanus enim Antichristus immediatum sibi sumpsit imperiū in omnem clerum, ac etiam laicos: atq; episcoporum, cū boni essent, custodiam & curam erga eorum fidei commendatos dissoluit. At quia omnino necesse est, vt singuli clerici suos habeant proprios custodes, & curatores, in stauranda est, vt episcoporum, ita & archidiaconorum, aliorumq; omnium, quibuscunque censeantur nominibus, quibus portio aliqua commissa est custodiendi gubernandiq; cleri, auctoritas, potestas: sed & vigilantia, animaduersio, ne quis omnino sit in hoc ordine *ἀπορρητός*.

Quod verò attinet ad quartā partem huius clericalis disciplinæ, studiū sacrarum literarum, est in promptu præceptum Spiritus sancti, Attende lectioni, adhortationi, doctrine 1. Timoth. 4. Et ad Aronē de veteri sacerdotio, cui nostrū debet modis omnibus antecedere *Vinum ac potū vllum inebriantē non bibes,*

bibes, nec tu, nec filij tui, qui tecū sunt, cum ingredimini in Tabernaculum, ne moriamini. Ceremonia sempiterna sit hec vobis per generationes vestras. Et ut discrimen faciatis inter sanctū & prophanum, inter mundū & immundum, utq; doceatis filios Israel, omnes ceremonias, de quibus loquutus est vobis Dominus per Mosen. Hof. 4. Quia repulisti scientiam, repellam te, ne fungaris mihi sacerdotio. Et Melach. Labia sacerdotum custodiūt scientiam, & legem requirēt de ore eius, quia angelus domini est.

Circa hanc partē disciplinę, disputari pridem solitum fuit: Num clerico liceat etiam scripta Ethnicorum euoluere. Debent illi quidem dies noctesq; meditari in lege domini, nec ex vllis alijs scriptis discere, quę sunt de deo, de nobis, deq; omnium rerum creatione, atque diuina gubernatione, credēda: quibusque rationibus sit colendus deus, diligendus proximus, nosq; omnes ad vtrunq; sanctificandi.

Hęc ex diuinis literis dūtaxat peten-

da sunt. At quoniam certa ac præclara sunt Dei dona, cunctæ philosophiæ, quæ vocantur partes: artes logicæ, morales, atque naturales: patetque latissimè harum utilitas, ad agnoscendam dei omnipotentiam, sapientiam, & bonitatem: docent enim logicæ artes, commodè loqui per grammaticam, sternuntque viam per dialecticam ad cæteras artes perdiscendas, verumque de omni re, & in omni oratione facile perspicendum. Moralís philosophia docet nosse, & regere proprios affectus & mores, recteque, & ordine, rem domesticam, & publicam colere atque administrare. Naturalis corporum tradit cælestium atque animantium terrenorum, & eorum quæ in aquis versantur, naturas motus, vires, magnitudines, numeros, usum. In quibus omnibus rebus dei omnipotentia, sapientia, & bonitas, id est, diuinitas mirificè elucet. Quo circa qui in ecclesijs Dei maximè profuerunt sancti patres & doctores, his omnibus artibus egregiè fuerunt exculti: sicut etiam indubiè Patriarchæ atque præcipui

pui Prophetarum. Omnium enim ve-  
 re sanctorum vox est: Lætificas me ò Ie-  
 houah operibus tuis, & de factis ma-  
 nuum tuarum iubilabo. Quàm magna  
 sunt opera tua ò Iehouah, admodùm alte  
 sunt cogitationes tuæ: vir bardus non  
 agnoscit, vir stultus non intelligit hoc.  
 Quibus itaq; veterum sanctorum ea  
 donata fuit vis ingenij, & tantum ab alijs  
 necessarijs rebus concessum ocij, hi  
 nullam Philosophiæ partem prætermi-  
 serunt, quam sibi non redderent famili-  
 arem: adeò vt Rex Salomon, cui tamẽ  
 amplissimi regni impendebat procura-  
 tio, vniuersam nihilominus fuerit Phi-  
 losophiam complexus, rationalẽ, mo-  
 ralem, & naturalẽ. Quicquid enim arti-  
 um tenuerunt Orientales, & Aegyptij  
 doctissimiq; in populo dei, his omnib;  
 excellebat, vt parabolarum, hoc est, sen-  
 tentiarum eruditarum ediderit tria mil-  
 lia, carminum mille quingenta, explica-  
 ritq; naturas arborum, & plantarum a  
 cedro vsq; ad hyssopum, animantiũq;  
 auium, reptilium, atque pisciũ i. Reg. 4  
 Nec fuerunt aliud, quàm legis diuinæ,

& bonarū artium scholæ, Prophetarū  
 collegia, de quibus legimus, 2. Reg. 2.  
 & 4. Sic habuerunt & Apostoli suos di-  
 scipulos, & hi ipsi discipuli, alios disci-  
 pulos, alijsq; audierunt. Ita Polycarpus  
 Ioannem, Irenæus Polycarpum, & quis  
 que horum in ecclesia excellētium do-  
 ctrinæ virorum suos habuit peculiare  
 discipulos, vt apud Eusebium in Hist.  
 Ecclesiast. legimus li. 5. cap. 19. & locis  
 alijs. Hinc schola perpetua fuit Alexan-  
 driæ, atq; etiam apud alias ecclesias vn-  
 de nata sunt multa cœnobîa, quæ nihil  
 quàm scholę erant. Ex quo est, vt & in  
 decreto Pontificio dist. 37. & de magi-  
 stris præcipiatur, vt scholę habeantur a-  
 pud ecclesias. Postea collapsa discipli-  
 na cœnobiorum, & collegiorum cano-  
 nicorum, institutę sunt per pios princi-  
 pes, scholę, vt Lutetiana, Ticinēsis per  
 Carolū Magnum, Anno 792. Et ante  
 hanc nostra Cantabrigiensis, per Regē  
 Sygebertū Anno Domini 630. Oxoni-  
 ens. per Regem Auledū anno 895. Vi-  
 de Polyd. Virg. lib. 4. historiæ Anglica-  
 nę. Horum principū exempla sunt po-  
 stea,

## SACRI MINISTERII. III

stea, & alij multi sequuti per Italiã, Gal-  
liam, Hispaniam, & Germaniã. Ab his  
scholis, cum res Christi primùm præcla-  
rè iuuaretur, procedētib. ex illis ad mi-  
nisteria sanctę ecclesię, multis admo-  
dum eruditis & pijs viris, vtcūq; nebu-  
la humanorum commentorum iam tū  
lucem doctrinę Euangelicę non parū  
obscurassent, Antichristi Romani eas  
sibi tandē obnoxias fecerunt. Quo fa-  
cto, & obtinēte iã omnia eo ipso Prin-  
cipe tenebrarum, interciderunt miserē  
cum pura Christi doctrina, & lingua-  
rum, bonarumq; artium studia, inq; lo-  
cum earum recepta sunt foeda illa, & so-  
phistica linguarum atque artium simu-  
lachra, de quibus in Academijs sese ia-  
ctitarunt, & doctorum hominum titu-  
los, emolumenta, & dignitatem inua-  
serunt.

Miseratus autē hos errores nostros,  
& exitium, Dominus & seruator no-  
ster Iesus Christus, nouissimo hoc no-  
stro tēpore in his ipsis scholis, excitauit  
rursus, & quidē multis & peracrib. cer-  
taminibus, qui & linguarum, quę ad



solidam eruditionē necessarię sunt, & honestarum disciplinarum studia reuocarūt, sensimq; instaurarūt. Hanc enim remergentem lucem, modis omnibus extinguerē conati sunt, & conātur, vbi valēt, Romanus Antichristus & mācipia eius, ac quicumque tenebras magis mundi, quā lucem diligunt Christi. Quo ipso etiam argumēto intelligere nos decet, qui Christi esse volumus, quātōpere oporteat nos nitī contra, vt scholę istę, Christi regno, totę & retineantur, & deseruiāt. Ad quod sanē nemo non videt esse necessarium, vt primū nemo in collegia illarū recipiatur, nisi qui profitētur se sacro ministerio (si ad id vocētur) velle accōmodare, nemoq; in eo toleretur, qui nō huic suę professioni satisfacere fideliter studeat, & ad præfinitum vsq; tempus: quo si nō promouerit, vt possit sacro adhiberi ecclesiarū ministerio, obligetur quisq; ad se dignū studium: vel ne locum quisquā occupet eorum, qui ad sacrum ministerium debent educari, atque formari, qui ad hoc ministerium, aut non est a

domino factus, aut non se accommodare studet.

Ultima pars clericalis disciplinae est, vigilans in ministerijs ecclesiasticis rite obeūdis assiduitas & instantia, quę nobis tum aliàs, tum 1. Thess. 2. & Act. 20. describitur. His enim locis testatur Apostolus, Deum & Ecclesias, quibus regnū dei prædicauit, Thessalon. & Ephesinam, quanta fide & diligentia his incubuerit ministerijs. Primum enim testatur, nihil se omnino prætermisisse, earum rerum, quę potuissent Christi populo esse cognitu utiles, omneq; eis consiliū Dei annūciasse: deinde quæcunq; ad poenitentiam, & fidem Christi, id est, ad totum Christi ministerium pertinent, omnibus communicasse, & cōmendasse, publicè, domatim & priuatim: præterea in his rebus tradendis & cōmendādis, esse vsū omnibus ijs rationibus, quibus uti possit, qui tradere aliquid velit summa diligentia: annūciasse enim se, prædicasse, docuisse, correxisse, esse adhortatum, obtestatū, consolatum.

Postremò meminit se hæc curasse summa animi contentione, religione, & studio, Contentione: nam ait, se multis fuisse antea testationibus per insidias ei structas à Iudæis, multisq; afflictionibus & contumelijs, probatum: adeoq; Euangelium administrasse cum multo certamine: Religione: nam confirmat & adhibito, cum dei, tum eorum, quibus prædicauerat, testimonio, se minus suū obijisse procul omni impostura impuritate, dolo, adulatione, studio que stus, ambitione gratiæ & gloriæ humanæ: sed vt à deo fuit probatus, studens Deo non hominibus suum ministeriū approbare, conuersatus apud credentes, sanctè, iustè, irreprehensibiliter, absque ullius quoq; onere: nullius enim argentum, aurum, aut vestem repetiuit, sed suis operans manibus, idq; multo cū labore, & fatigatione, dies & noctes necessaria parauit sibi, & ijs, quos secū habebat: Studio: Percupidum enim fuisse declarauit se suorum auditorum, fouisseq; eos, vt nutrix fouet suos ipsius filios, atq; fuisse paratum, vt non solum  
Euan-

Euangelion eis, verum etiã animam suam communicaret: vnumquẽque fuisse adhortatum, consolatum, & obtestatũ, vt pater posset filium suum adhortari, consolari, obtestari, idẽque cum multis lachrymis. Hęc tãta requiritur sedulitas, vigilantia, assiduitas, studium, animi cõtentio, ad fidelem horum minorũ administrationem. nam nihil est homini, nec difficilius, nec optatius, ac diuinius, quã cooperari Deo, in faciendo ex hominibus Deos. Nullum igitur potest homini obuenire negociũ, quod pari debeat cura, & studio procurare. Id quod Christus dominus abundẽ in seipso declarauit, cum ex eo se probaret esse bonum pastorem, quod animã suam ponat pro ouibus suis, quod educit ipse illas in pascua vitę æternæ, antecedit eas, nominat vnãquãque suo nomine Ioannis decimo. Relinquit 99. & abit quæsitum centesimam, Luc. 18. Qui denique studeant ea diligentia pascere & curare gregem Domini, quam requirit Ezech. 34. Quid possit ille facere ad summam vigilantiam

atque assiduitatem in omnibus ministerij partibus reliqui: Nam quærere studebit quicquid de ouibus perijt: aberrantes statim curabit reducere easque quæ aliquid fregerint, obligare, debiles confirmare, beneque pastis, salubriter moderari.

Hæc ergo in obeundis sacris ministerijs assiduitas, vigilãtia, & instãtia quinta & vltima pars est disciplinæ clericalis, ac præcipua, cuius causa, reliquæ quatuor requiruntur. Primæ enim due: Abstentio à delicijs carnis, & mûdi pōpis, & reiectio negociorum, quæ possint his ministerijs esse impedimento, eo requiruntur, ne quid admittatur à ministris, quod possit officere diligẽtiæ & assiduitati ministrãdi. Reliquæ due: Accommodatio gubernationi peculiari cleri, & diuinarum literarum, atque bonarum disciplinarum studium: vt quæ sint sacri ministerij certius intelligãt, & præsentius meminerint, & absolutius præstent.

Hæc omnia, quæ de disciplina, cum ecclesiæ vniuersæ, tum peculiariter ordinis

nis clericalis, (sicut & ante attuli) de ministerijs doctrinæ atque sacramentorū ideo tam multis, tamq̄ plenè excogitavi: vt cū exponam magnifica illa de ecclesiæ ministerijs testimonia, cogitemus ea non competere quibuscunque ecclesiarum ministerijs: sed ijs tantū, quæ ita præstantur religiose, atq̄ perfectè, vt dominus ea instituit. Cū enim pleriq̄, tam parum eorū effectorum vident, in profitentibus Christi nomen, quæ diuinæ nobis scripturæ per sacra ecclesiæ ministeria pollicentur: alij in eum præcipitant errorem, vt etiam vera ministeria doctrinæ Christianæ, & sacramentorū esse Christi ministeria, nō agnoscant: sed vt Antichristiana repudient & fugiant: alij verò cūcta ecclesiæ ministeria, vt res externas, & ad salutē hominum per se nihil conferentes, nō suo loco habeāt. At nulla pars sacri ministerij Christi (fide solida Christi excepta) non est ad salutem sanctorum efficax, & si iam reliquæ partes huius ministerij nō adhibeātur. Sed nec ista ea adhibeatur, qua oportebat, religione. Ve

rùm quòd tam pauci, vel nullam sacri ministerij partem, vera fide excipiunt, magna causa est, quòd nò omnes sacri ministerij partes administrantur, & ea administrantur sollicitudine atq; diligentia, quam dominus à nobis postulat. Nò alligauit quidem Deus vim saluandi electos suos, vllis humanis operibus & functionib. vllis verbis, aut signis, quæ per homines administrantur. At, quia optimus est, quem instituit ipse, ministeriorum ecclesiasticorum ordo, postulat meritò eum obseruari ordinem quàm religiosissimè atq; negligentibus hunc ordinè, suamq; amentiam ipsius anteponentibus æternæ sapientiæ, siue falsò interpretando, quæ de his suis ministerijs ipse confirmat, siue negligentius ea ministeria obeundo, iure, gratiæ & spiritus sui subtrahit incrementa, indeq; fit nostra culpa, vt hæc salutis ministeria contemnantur ab hominibus, earumq; tam exigua appareat vis & efficacia.

Iam itaq; aggrediemur (iurante domino) earum aliquot & præcipuarum diuinae

vine scripturę authoritatum, quę nos docent de vi & energia, tũ de vero quoque & legitimo vsu sacrorum ministeriorum. Et primũ de vi, & efficacia eorũ in genere omnium, & doctrine scilicet, & sacramentorũ, & disciplinę. Nam his omnibus rationibus, & per doctrinã, & per sacramenta, & per disciplinã suam, suum deus ipse nobis verbum & vim saluificam eam communicat, qua & ipsum deum, & nos sic agnoscamus, vt nobis sęper displiceamus, veterẽque hominem nostrum mortificemus, & ipsum, vt Deum nostrũ suscipiamus ac colamus, Christum Dominum induamus.

Porro vt attẽtius ac religiosius ea quę Spiritus sanctus nos de vi, & efficacia sacri ministerij docet obseruemus, expẽdamus, & cõsideremus: nõ inutile fuerit, vt agnoscamus atq; perpendamus ante omnia astus atq; versutias Satane, quibus Satan obscurat, atq; contemptam reddit nimis multis hominib. hanc salutis nostre administrationem, quam Dominus ministerijs doctrinę suę,



sacramentorum, & disciplinæ, exhibet in ecclesijs suis atq; perficit.

Novit enim ille, si nos hæc Christi ministeria, ita coleremus, vt primi Christiani ea colebāt, perseverātes, adherētes & incumbentes doctrinæ Apostolorum, cōmunicationi rerum omniū, fractioni panis, ac ceteris sacris religionis nostræ ceremonijs, & actionibus, eandem etiā nos vim atq; virtutem sensuros horum ministeriorū: vt maxima gratia flagrarem, & apud Deum, & apud homines, qui non sint omnino profligatæ humanitatis. Signa ac miracula multa ad Dei gloriā, atq; hominū salutē deus per suos ministros ederet, quā plurimos gregi suo, qui vnā salui fierent, quotidie adiungeret, daretq; etiā, ne quisquā inter nos egeret: promissa omnia sua Deus nobis impleret, quæ populo suo vnquā fecit, de interna, externa, & æterna felicitate, in libris legis. Hæc itaq; cū probè norit Satan summis sanè conatibus, & incredibilibus dolis homines ab eo auertit, ne quātū deus benignitatis suæ nobis præstet

stet his Ecclesie suæ ministerijs, intelligat, eisq; fruatur. Alios enim ita occupat curis & negocijs huius mundi, ut nec deo ipso nedum de eius ministerijs quicquã, aut cogitent ipsi, aut se doceri sustineant ab alijs. Alios verò facit quævis ecclesie suæ ministeria, etiã multis Antichristi abominationibus contaminata, sic suspicere & admirari, ut iam non pro Christi ministerijs, sed falsorũ sacerdotũ magisterijs, quasiq; magica quædã mysteria habeant, & non paruo emant. Alios, & qui tamen non volunt videri studijs teneri carnis & mundi, cũ his tamen toti ardeant, ea replet impietate, ut cuncta ecclesie ministeria, tanquam res externas, fastidiant, velintq; ipsi, absq; vlllo medio ministerio hominum, sed velut Mose, agere ipsi cũ deo, videriq; & alloqui cum facie ad faciẽ. Alios & ministros, & ex plebe quã plurimos facit, tam frigide administrare, atq; percipere hæc ministeria, ut deo re vera illudant, & molesti sint, ut illi lesa. 1. Multos mandat, ut de vi & vsu vero sacrorum ministeriorum, nõ tam

discere studeant, quę tradit deus, quã  
propter sua de illis commẽta, perpetuò  
diligere & contendere.

Non paucos, etiam optimos alioqui  
viros, implicat vano metu, ne Christi in  
Ecclesia ministeria, ad veterẽ idololatri  
am, & magiam rapiantur, vt horreãt de  
his ministerijs loqui ijs verbis, quibus  
ea ipsa nobis dominus commẽdauit &  
Spiritus sanctus prædicat. Vnde alijs e-  
tiam bonis viris videntur, sacra hæc mi-  
nisteria in totum reiicere & contemne-  
re, vt Satanę faciunt mancipia, quos ter-  
tio loco numeravi. Quam superstitionem  
in plerisque ita auget Satan, vt tam  
plenis & amplis verbis cum simplicibus  
tum metaphoricis, vim & efficaciam sci-  
licet ministeriorum efferant, vt ab illis,  
de quibus modò dixi, credantur ad su-  
perstitionem reuerti eorum, quos secũ-  
do loco recensui, qui externis tribuunt  
ministerijs, quæ Christo domino pro-  
pria sunt: eoq; pacto excitat Satan in-  
ter hos, graues, & ecclesijs perniciosas  
cõcertationes. Ista itaq; cum videamus  
moliri agereq; Satanam, & his artibus,  
sicut

sicut veram ministeriorum istorum cognitionem, atque æstimationem, ita etiam vim saluificam, atque verum vsum hominibus, miserrimum in modum auertere, vt nusquam vlla ritè ecclesia cõstituta appareat: nusquam ita (vt dominus instituit) sacrae ecclesiae ministeria exhibeantur & excipiantur, sicut oportet. Debemus certè nos cõtrà, & precibus, & religiosa Scripturarũ excussione, his Satanæ conatibus occurrere: eò que eniti quòd Dominus nostra ad id opera vti dignetur, ne homines sacra ministeria, vel in totũ negligãt, vel frigide, ac irreligiosè illis vtãtur, sed nec cõtaminent ea humanis inuētis, aut superstitione aliqua illa conuertant in instrumenta idololatriæ, vel magiæ: nec inutiliter de illis delitigēt, aut etiam minus cauti ac dilucidè, iuxta diuinas scripturas, de illis loquantur, vel aliorum de his verba minus candidè excipiant atque interpretentur: sed hoc ope domini studere efficere, vt omnes hæc summa dei beneficia, & que sint, & quãti facienda, quacũque religione vsurpãda, ex ip-

sis verbis Domini, & Spiritus sancti discant, sic quoque de illis loquantur, & mysteria ista explicent. Item verbis Domini, & Spiritus sancti, quo profligatis omnibus irreligiosis disputationibus, atque contentionibus, ita omnes his mysteriis utamur, ut in cognitione, & studio Christi, gnauiter proficiamus, regnumque eius in dies magis florere videamus. His enim ministeriis tenet filius Dei nos, & administrat regnum suum.

Porro omnis error circa ecclesie ministeria, eorumque & neglectus atque abusus ex eo solo existit, quod homines non credunt verè, ac sentiunt, Deum ipsum his suis ministeriis, secum agere, & agere æternam ipsorum salutem. Qui enim istud credat ac consideret probe, quomodo possit is hæc ministeria, vel in totum vlla de causa, siue carnali, siue spiritali contemnere: ut faciunt qui sunt de primo & tertio genere eorum, quos enumeravi circa hæc ministeria agitari erroribus, vel etiam irreligiosè de eis disputare ac contendere, aut frigidè illa ac  
sine

sine veris fidei motibus vsurpare: quæ  
 mala admittūt, quos quarto & quinto  
 loco recēfui: imò nec vllō posset eius-  
 modi, velloquēdi de his mysterijs, eaq̃  
 ritē explicandi, errore implicari. Nec e-  
 nim valeat is, qui rectē sentiat, deum ip-  
 sum secum agere, atq̃ agere per sacræ  
 ecclesię ministeria & loqui, agereq̃ sa-  
 lutem suam sempiternā, non mentē to-  
 tam ad Deum ipsum attollere, & exci-  
 pere, vt verba & opera vitæ æternę. In-  
 telliget itaq̃ etiam probē hęc mysteria,  
 dignē æstimabit, atq̃ summa etiam reli-  
 gione vsurpabit: Deo docente eum &  
 agente suo spiritu. At verò, quo pleni-  
 us percipiamus, & pressius considere-  
 mus semper deū ipsum in sacrīs suis mi-  
 nisterijs, nobiscum loqui, & agere, ope-  
 raprecium est, vt singulari animadu-  
 sione expendamus immensam illā dei  
 ab initio creationis nostrę in nos decla-  
 ratam *φιλανθρωπία*, atque ineffabile il-  
 lud arcanum coniunctionis, & cōmu-  
 nionis, ad quam nos æternus Deus (si-  
 mul ac cōdidit) suscepit, quamq̃ cūctis  
 suis actionibus electis suis conseruat

& prouehit. Creauit enim hominē ad imaginem suam: utq; pater cum filio, egit cum eo perquam familiariter. Dominum ac moderatorem omnium reliquorum animantiū, in Paradisum, eius causa conditū, & arboribus omnis generis fructus, & esu bonos, & aspectu iucundos ferentibus, consitum, collocauit, ut eam coleret, eiusq; fructibus frueretur. In quo statu si perseverasset, Deum ita semper familiarem habuisset sunt enim dona, & vocatio Dei absque poenitentia, quin cum atrocissimo scelere tanta abiiecisset beneficia, nec ingratum tantū se aduersus tam beneficium in se Deum, sed perfidum præstitisset, cum abiecta eius salutari gubernatione, seipsum constituere deum sibi nec tam equare se Deo, quam spoliare Deum sua diuinitate, esset extrema impietate conatus: nec enim potest quisquā sibi videri tanquam Deus, & seipsum scire bonū & malum, hoc est, posse sibi ipsi providere de rebus optatis, de pellere contraria: nisi qui se supra Deum vnicum & verum extulerit. Hęc, inquam,

quã, tâta, tamq̃ horrenda impietate et perfidia licet insanisset homo aduersus æternam Dei maiestatem, tamen eum Deum adeò abijcere non potuit, vt redemptorem ei ab æterna morte, in quã se sua impietate deiecerat, non destinarit, pollicitusq̃ statim sit verbum suum æternum, ex ipso homine incarnandũ semen scilicet futurum mulieris. Cuius quoq̃ agni immaculati immolationẽ, qua humanum genus erat redimendũ, iam tum & eo videtur deus adumbrasse & promississe, cum vestes ipse fecit Adamo & vxori eius ex pellibus, & vestiuit eos. Quòd enim vestes has fecit ex pellibus mortuorum animantium, mortem filij sui significasse videtur. Quòd verò his vestibus induit primos parètes nostros, pudoremq̃ eorũ cõtexit: eo indicauit probrũ nostrũ, & peccatum, per Christi sui iustitiam tegendam: & nos vt in conspectum suũ prodire auderemus, nec abominabiles ipsi essemus, ornãdos. Noui quidem & veteres aliquot interpretes, interpretari hunc locũ, in eũ sensum, quòd Domi-



nus voluerit nostros parētes his admonere signis, peccati sui & mortis, cui se peccādo fecissent obnoxios. verū quia in sacra historia premissum est, Adam & vxorē eius se abscondisse, ac timuisse prodire, eo quòd nudi essent: & hīc memoratur Deum ipsum vestes illis fecisse, ac ipsum etiam his eos induisse, ac illis contulisse id, quo, dum carerent, in conspectu dei prodire non audebant, malo ego sentire has vestes sacramenta, quibus deus, perditis iam peccatis hominibus, dono autē eius, de eo poenitentibus exhibuerit peccatorum ab oculis suis remotionē, & opertionem, ne eis illa imputaret, & ornatum iustitię, Christi ipsius induitionem.

Huic cogitationi fauet Onkelus, qui vertit preciosas vestes. Eam verò deus coniunctionem & familiaritatem cum homine est mirificè prosequutus: & nō tantum erga piū Abel, verum etiam cū impio quoq; Cain, quē & à parricidio præmonitione reuocauit, & de perpetrato iudicauit, seruauitq; etiam quam timentē, & perpetuis terrorib.  
agita-

agitatum, vt erat meritis. Ex hac dedit primis parētib; loco Abelis, piū Seth per cuius filiū, ac posteros, religio, cultusq; Dei est publicē restitutus. Ex qua sancta posteritate Hanoch laudatur, vt qui peculiariter cum deo vixerit, quare eum etiā maturē ad se sustulit. Ita verō predicatur & Noah cum Deo vixisse, per quem Deus, non solū genus humanū in octo tantū animabus, verū etiam omnium animantiū per paucissimas reliquias inita rationē seruauit, cū reliquos omnes diluuiō, vt meriti erant sua impietate, perderet.

Huic sanē Noah ita paternē & familiariter p̄cepit, & de arca faciēda, & de ingressu in eam, atq; de egressu ex ea. Postea rursus ad impietatem degenerate hominum genere, eduxit de terra, & cognatione sua Abrahamum, & peregrinari fecit in terra Chanaan, atq; in Aegypto, & apud Philistæos, atq; vbiq; adfuit ei, rexitq; & duxit eū, vt veram inter suos religionem coleret, nec passus hominem illi incommodare, castigauitq; propter eum Reges, vindi-

cem fecit eū Lotti nepotis sui: incendi-  
um Sodomorū ei prędixit, vereq; se de-  
um & patrē illi per omnia pręstitit, ini-  
to quoq; fœdere cum eo salutis æternę  
cūm per sacrificium vitulę, & caprę tri-  
ennis, & pullū columbę, tum circumci-  
sionis. Similem charitatē atq; beneuo-  
lētiam perhibuit, & Isaaco, Iacobo, Mo-  
si quem liberatorem populi, & legisla-  
torē, & doctorem, & ducē fecit, manife-  
stis alloquijs suis, & maximis miraculis  
atq; portentis.

Hunc deum cōstituit Aharonis fratris  
quum voluit ei esse vice oris: constituit  
eum etiam deum Pharaonis. Percussu  
virgę in aquas, vertuntur illę in sangui-  
nem, & producūt ranas: in puluerem &  
replentur omnes homines, & iumenta  
pediculis: aspersione faullę, replentur  
viceribus corpora hominum, & iumen-  
torum: sustulit virgam versus cælum, &  
desęuit horrenda tempestas: liniuit po-  
stes tabernaculorum suorum, populus  
Israel sanguine agni, & transiit Ange-  
lus percussor: traducti sunt per mare ru-  
brum, & desertum ducatu ignis noctu,  
luci-

lucida nube diu. Datur à Deo populo  
 panis, aqua, carnes: alloquitur eos voce  
 sua in monte Sina, adhibitis tonitruis,  
 fulguribus, ventis horrifonis, & concuf-  
 sione terre. Hic deprecatur populus, ip-  
 sam dei vocē audire, polliceturq̄ se Mo-  
 si crediturum: huic loquitur Deus ore  
 ad os. Hic fuit publica sacri ministerij  
 facta institutio: Nihilominus tamē de-  
 us, vt Mosi, ita & Prophetis alijs est lo-  
 quutus, vel adhibito ministerio Ange-  
 lorum, atq̄ aliquibus vsus, ac sensibili-  
 bus sacramentis. Hæc verò omnia, quæ  
 in Scripturis legimus, de Dei cum san-  
 ctis Patribus & Prophetis locutionib.  
 ita oportet nos amplecti, & considera-  
 re, vt non dubitemus, non minus deum  
 se hodie adiungere nobis, loqui & age-  
 re nobiscum, per sacra eius in ecclesia  
 ministeria, quam adiunxerit se, loquu-  
 tus sit, egeritq̄ cū sanctis illis patribus  
 & vatibus. Est enim idem illorū, & no-  
 ster Deus, eundemq̄ quem illis, fidei  
 spiritum & nobis confert: nec minus ef-  
 ficax est in ministerijs suis, quam cū  
 ipse se terrificis operibus suis præsen-

tem veteribus exhibuit. Consternatus populus Israel, horrifona illa tēpestate in mōte Sina: ad omnia se consecrabit deo, sed quādiu fuerunt memores huius sue promissionis, accedēte tentatione: Bileam, Angelum Dei vidit & audiuit, tamen deo perrexit aduersari & conari populi perniciem, cui impulsus à deo benedixit. Christū audierunt, & adorauerunt quāmplurimi, qui postea ad pœnam eum depoposcerūt. Quo itaq; semper credamus, & memores simus perpēdamusq; dei erga nos infinitam charitatē, ineffabilē coniunctionē, & quasi familiaritatē, quā verē nobis in Ecclesia sua, per sua exhibet ministeria: primū omnium sanctē, & pressē, ac perpetuò expendamus cuncta dei verba, signa, & facta, quibus se iam inde ab origine generis humani, patefecit hominibus, ad salutemq; æternam docuit instituit, formauitq; ac perduxit. Nec dubitemus, quicquid beneficij, quicquid sui, deus vllis verbis, signis aut factis exhibuit veteri populo, id ipsum omnino & nobis offerre, atq; prestare: nisi ipsi

ipsi hæc eius beneficia impiè repudie-  
 mus vltro oblata per sacra sua mysteria  
 imò his ampliora iuxta illud: Multi Re-  
 ges, & Prophete optarunt videre quæ  
 vos videtis, & nō viderūt, & audire quæ  
 vos auditis, & non audierunt. Nam cū  
 multifariam & multis modis esset deus  
 loquutus Patribus per Prophetas, no-  
 bis loquutus est per filium in extremis  
 his diebus. Primum itaque quod pluri-  
 mū nobis eò conferret, vt de sacris Chri-  
 sti ministerijs id, quod decet, estq; no-  
 bis salutare, cū sentiamus, tum loqua-  
 mur: vtq; illis ad salutem nostram pro-  
 uehendam prolixè fruamur, erit, vt cun-  
 cta illa diuinarū scripturarum loca dili-  
 genter obseruemus atq; ponderemus,  
 quibus Deus commemoratur cum Pa-  
 tribus nostris esse loquutus, docuisse  
 eos, admonuisse, & salutē eorum perfe-  
 cisse. Et in his locis probè cōsideremus  
 & quibus deus sit vsus ministris, & qui-  
 bus verbis, signis, operibus. Deinde vt  
 tantam vim salutis nostræ efficiendę ac  
 perficiendæ, quantam Deus in sacræ  
 Ecclesiæ ministerijs nobis perfert, &

exhibet, rectè agnoscamus, & perspiciamus, necesse est nos valde quoq; religiosè animis nostris voluere & ponderare immensum illud diuinæ erga nos charitatis beneficium, incarnationē æterni verbi Dei, natum & donatum nobis filiū dei, vt nobis caput sit, & nos habeat suū corpus. Verbum quod initio erat apud deum, & est deus ipse, caro factum est, & habitauit, versatumq; est in mūdo inter suos, eisq; gloriā suā, vt vnigeniti, exhibuit conspiciendam, atq; etiam contrectandam Ioan. 1. Et in epistola cap. 1. in quo loco singularem perpensionem requirit illud, quòd Apostolus gloriatur, se & collegas suos, verbum vitę oculis suis vidisse & spectasse, manibusq; suis cōtrectasse. Quę cunq; igitur de incarnatione filij dei, natiuitate, conuersatione in hac vita, de doctrina & miraculis eius, atq; supplicio, resurrectione atq; ascensione domini in diuinis literis legimus: In his omnibus obseruemus, incredibilem illum dei erga genus humanum amorem, cū ea coniunctione & communione, quā  
nec

nec angelis impertijt. Semen enim Abrahamæ, non angelos assumpsit: & recordemur dictorum domini Ioan. 14. Opera quæ ego facio, & ipse faciet, & maiora his faciet, &c. Item, Ego vobiscum sum vsq; ad consummationem seculi: Et Ioan. 6. Quemadmodum misit me viuens pater, & ego uiuo propter patrem: Et Ioan. 6. Qui edit carnem meam, uiuet propter me. Quo verò genere vitæ: Vita noua & cælesti, vita Dei. Si autem uiuunt Christiani vitam Dei, etiam agere possunt actiones Dei, erudire, & perducere ad salutem, uiuente & agente in eis Christo Domino, verbo incarnato.

Hęc longè clarius, & pluribus explicata leguntur Ioan. 17. Non verò pro his tantum rogo, sed & pro his, qui credituri sunt per eorum sermonem in me, ut sint omnes unum, sicut tuum pater in me, &c. In his obseruemus primum, dominum dicere, fuisse homines credituros in se per Apostolorum sermonem: deinde orare, ut credentes in se, sint omnes unum: & quemadmodum pater in ipso, & ip-



se in patre, vt & ipsi vnū sint in ipsis, hoc est, ita planē obtineāt diuinę nature cōsortium, vt mūdus credat, quōd ipsum pater miserit, quōd verbū æternum patris caro factum sit, vniueritq; se ita nobis hominibus, atq; nos homines sibi, quicuncq; ipsi credunt, vt viuamus, agamusq; in eo, & ipse in nobis vita & opera Dei, hoc est ipsi in perficienda salute Electorum inseruiamus: quod lōgē clarius dicit, cūm subiicit: Et ego dedi illis gloriam, quā dedisti mihi. Quę hęc gloria? Nūquid explicatio diuinę vitę, virtutis, & operationis? Nam subiicit, Vt vnum sint, quemadmodum tu pater in me, & ego in te, &c.

Iam paucos aliquot locos cōsideremus, quib. Spiritus sanctus nobis vim sacri ministerij commendat in genere: Ioā. 15. Nō vos elegistis me, sed ego elegi vos, et posui vos, vt vos abeatīs, & fructum feratis, & fructus vester maneat. Et, quicquid petieritis patrē in nomine meo, det vobis. Quis hęc verō loquitur? Nūquid qui deus, & homo est, qui verbo mundum ex nihilo fecit? Quid igitur

igitur miri, si quos ad imaginem suam homines condidit, eligat ponatq; ipse vt fructum ferant, & manentē in vitam æternā: hi fructus etiam vberem ferant & fructum hominū ad eandē vitam re- generatorum: Non sua illi quidem sed Patris & Christi filij virtute, vnde subiij cit: Vt quæcunq; petieritis Patrem in nomine meo, det vobis. Precibus hæc vis frugifera impetranda est, sed sunt hæc preces per Christum efficaces. Per- magnū enim illud est: Quicquid petie- ritis patrē in nomine meo, dabit vobis. Alter locus est Ioan. 20. Quemadmo- dū misit me pater, ita & ego mitto vos. Hæc cum dixisset, insufflauit in eos & dixit eis, Accipite S. sanctum, quorum cunq; remiseritis peccata, remittuntur eis: quorum cunq; retinueritis, retenta sunt. Hic ordine ista ponderemus: Pri- mū, quemadmodum misit me pater, & ego mitto vos. Misit autē pater ipsum, vt electos dei filios congregaret ad se, & patrem suum, atq; saluos faceret, fi- de Euangelij sui, susceptione in regnū suum, Deinde & cum hoc dixisset, in-

sufflauit in eos ac dixit: Accipite Spiritum sanctum. Hoc autem ministris loquente & agente, quid non diuini operis suis perficerent ministerijs: Insufflauit verò in eos vt doceret ministraturos quidē ipsos salutem hominibus, verū non proprijs viribus, sed vi spiritus, cuius symbolum erat halitus iste sensibilis. Tertio: Quorū remiseritis peccata &c. Non ait, quibus vos peccata remissa esse denunciaueritis: sed quibus peccata vos, vos remiseritis. Vide in quātam euehat dignitatem ministros suos. Solius enim dei est, offensas suas remittere, sicut & cuiusq; hominis hoc proprium est, vt per aliū fieri nō queat remittere iniuriā in se factā, animūq; suum ei, qui iniuriā fecit, placatū redere. Sed vult tamen Deus gratiam suā & remissionem peccatorū suis exhibere per suos ministros, atque ea quæ ad hoc instituit ministeria omnia. Nā Baptismate abluuntur filij Dei, eaq; ablutio, & omnium, quæ post admittuntur peccatorum remissio confirmatur, atque exhibetur, Eucharistia, absolutio-  
 ne, &

SACRI MINISTERII. 139  
ne, & omnium Euangelij atque sacra-  
rum precum administratione. Et tamē  
verum est, ministros non posse scire si-  
ne peculiari reuelatione, si quem ve-  
rē peccatorum suorum pœniteat, nec  
posse etiam cuiquam peccata remit-  
ti, quæ ipse peccata esse nō sentiat, qua-  
lis est omnis quem peccatorū suorum  
non pœnitet. Verū ministri quanq̃  
in administratione omnis sacri ministe-  
rij habeant iudiciū suum quod se-  
quantur confessionem oris, cui facta  
non cōtradīcant: tamen quoniam pec-  
catis neminem absoluunt, nisi pœnitē-  
tiam profitentem peccatorum: impli-  
citur est in omni ministerio: Si credas  
si te peccatorum pœniteat. Istam autē  
conditionem fidei & pœnitentiæ vult  
Deus ante exhibitionem ministerij di-  
ligenter inuestigari, nec ex verbis tan-  
tum, verum etiā ex omnivita, siquidem  
adulti sint: ministerio verò ipsorū vult  
gratiam suam, atque peccatorum re-  
missionem simpliciter absque vlla con-  
ditione exhiberi. Vnde dicitur in admi-  
nistratione Baptismatis: Ego baptizo

te in nomine Patris, & Filij, & S. sancti, hoc est, tibi præbeo baptismum Patris & Filij, & S. sancti, vel vice Patris, Filij, & Spiritus sancti baptizo te, quod idem est ac si diceret, Abluo te peccatis, rege-  
nero te in vitā æternam, indubitata à peccatis mundationē, Deicq̃ vitam tibi confero. Requirit enim Deus simplici-  
ter fidē misericordiæ suæ absq̃ vllō respectu, aut existimatione priorum meritorum. Atq̃ hoc interest eius gloria, vt à nobis inuocetur & recipiatur, vt qui nos saluos facit, & ex se, & propter se tantum. Nec etiā possunt consciē-  
rię in misericordiā dei acquiescere, si dignitatis suæ, & conditionū propriæ iustitiæ rationem ducāt, & nō amplectā-  
tur simpliciter salutem ex gratia Dei & propter Christum, Euangelio & cate-  
ris Christi ministerijs oblatā. Hęc verò fides, quanq̃ in apprehendenda salute oculos suos penitus auertat à propria sua dignitate & indignitate, figatq̃ eos in gratuita penitus Dei clementia, & Christi merito, tamen suapte natura si-  
ne peccatorum pœnitentiā, atq̃ incho-  
ata iu-

ata iustitia esse non potest. Sed cum legi Dei hæc iustitia nunquam satisfaciat vult Deus & gloriæ suæ & salutis nostræ causa, vt suam gratuitam beneuolentiam, peccatorumq; omnium ita simpliciter absq; vlla conditione per sacraministeria excipiamus & amplectamur. Atq; hinc est, vt Dñs & cum ligandi ad pœnitentiam agendam, & soluendi eo vinculo potestati defert, dixerit: Quęcunque ligaueritis super terrā, erunt ligata in cælis &c. non quibus ligationē vel absolutionem denunciaueritis.

Præterea discere ex hac loquēdi forma, qua vsus est Dñs, & hoc debemus quod Deus à ministris suis postulat, ne cuiquam adulto salutem suā per sacraministeria addicāt, de cuius fide & pœnitentia nō debeant secundū verbum ipsius, & veræ charitatis, quæ nec stulta nec temporaria est: nec quicquā prius, q̃ gloriā Dei, deinde Ecclesiæ, ac omnium electorum Dei, salutem spectat & quærit, bene sperare. Affert denique mirificam afflictis conscientijs consolationem cum remissio peccato-

rum, salutē æterna, non tam annuncia-  
tur, sed etiam exhibetur, vt si œcono-  
mus inducat & deleat debitum, aut red-  
dat chirographum debiti, debitor ē ma-  
gis recreat, quàm si dicat ei tantum do-  
minum debitum remisisse: vt etiam am-  
plius securum reddit de gratia facta si-  
bi principis, si minister principis eum  
educat ē carcere manu sua, quàm si ei  
id tantum annunciet. Notetur hinc etiā  
consonantia promissionum. Certū est  
deum præstare se nemini Deū, nisi qui  
id vera fide agnoscat, tamen voluit sim-  
pliciter prædicari populo: Ego sum de-  
us tuus. Conditiones fidei & pœniten-  
tiæ alibi plenis verbis requirit.

Alter locus de vi & efficacia sacri mi-  
nisterij in communi, est in cantico Za-  
chariæ, Luc. 2. vbi cecinit de filio suo Io-  
anne, primo Euangelij administro ex  
Spiritu sancto, Præbis faciem Domi-  
ni, vt pares viam eius, ad dandam scien-  
tiam salutis. Et quam? In remissione  
peccatorum. Fidem itaque dant suo  
modo ministri, quod & Paulus affir-  
mat ad Corinthios: Quis ergo Paulus?  
Quis

Quis Apollo? quàm *ἰσχυροί*, per quos  
 credidistis? Quarto, expendamus &  
 verba Domini ad Paulum, quæ Paulus  
 ipse commemorauit Act. 26. In hoc ap-  
 parui tibi, vt te mihi ministrum vendi-  
 carem & constituerem, atque testem  
 eorum, quæ vidisti, & quæ apparent ti-  
 bi postea patefaciam, seligens & exi-  
 mens te ex populo Hebræo, & Genti-  
 bus, ad quas te mitto, vt aperias eorum  
 oculos, & conuertas à tenebris ad lucē  
 & ex potestate Satanæ ad deum, vt ac-  
 cipiant remissionem peccatorum, &  
 fort em inter sanctificatos in me. Quin-  
 to, consideremus quæ de sacro ministe-  
 rio scripsit Apost. 3. & 4. in 1. ad Cor. in  
 cap. 3. Quis est Paulus? quis Apollo? ni-  
 si ministri, per quos credidistis, & vt cuius  
 dñs dedit: Ego plātavi, Apollo rigauit  
 sed dñs dedit incrementū. Itaque neque  
 qui plātatur est aliquid, neque qui rigatur,  
 sed qui dat incrementū. Itaque, neque qui plan-  
 tat est aliquid, neque qui rigatur, sed qui dat  
 incrementū. Ceterū is qui plantat, & is  
 qui rigatur, vnū sunt: vnusquisque tamen  
 suam mercedem accipiet iuxta suum la-  
 borem: etenim Dei sumus cooperarij:



dei agricolatio, dei edificatio estis. iuxta gratiam Dei, quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentū posui: alius autē super illud ædificat. Porro quisque videat quomodo superstruat. Nā fundamentū aliud nemo potest ponere præter hoc quod positū est, quod est Iesus Christus. Quod si quis superstruat super fundamentū hoc, aurū, argentum, lapides preciosos, ligna, foenū stipulam, cuiusq; opus manifestum fiet. Et in eadem epist. cap. 4. Sic agnoscat nos homo vt ministros Christi & dispensatores mysteriorū Dei &c. Et 2. Cor. 3. Epistola nostra estis vos, inscripta in cordibus vestris, quæ intelligitur & legitur ab omnibus hominibus, dum declaratis, quod estis epistola Christi, subministrata a nobis.

Hæc sufficient omnib. pijs ad cognoscendam vim & efficaciam sacrorū ministeriorum in genere. Nam ex his animi sanctorum docti ac moniti, ipsi lectione Scripturarū obseruabunt per se quæ ubiq; in illis occurrūt huius doctrinæ testimonia. Nunc descendamus ad

SACRI MINISTERII 145  
explicandā vim ministeriorū singula-  
tīm, verbi, sacramentorū, & disciplinæ.

*De doctrina, hoc est, Euāgelij, & sanctarū adhor-  
tationum ex uerbis Dei, uī, & efficacia.*

**L**Vcæ 1. testatur ita Zacharias de Io-  
anne, Et multos filiorū Israel cōuer-  
tet ad Dominum Deum suum &c.

Luc. 10. Qui uos audit, me audit, &  
qui uos spernit, me spernit: qui autē me  
spernit, spernit eum qui misit me. Iam,  
qui ministrum audit, Christū audit, &  
qui Christū audit, uitā æternā percipit.

Rom. 1. Nō pudet me Euangelij: est  
enim potentia dei ad salutē omni cre-  
denti. Euangelijū est instrumentū, quo  
Deus suam uirtutem & potentiam e-  
xerit ad seruandos homines.

Rom. 1. Desidero uidere uos, *ἵνα τιμη-  
σῶ τὸ χάρισμα ὑμῶν πνευματικόν.* Donum  
spiritalē, id est cōfirmatio fidei, donū  
singulare est, soliusq; dei. Sed deus col-  
lationē istam tribuit ministro 1. Cor. 14.  
Qui prophetat, hominib. loquitur ædi-  
ficationem, & exhortationem, & cōso-  
lationem.

Galat. 2. Qui efficax fuit in Petro ad Apostolatū circuncisionis, efficax fuit & in me erga Gentes. Coloss. 1. Quod Euangelion peruenit ad vos, quemadmodum in totum mundum, & est *καρπὸς ὁσίου ἐργου*. Fructus ille est regeneratio nis & salutis.

1. Theff. 2. Propterea & nos gratias agimus Deo indefinenter, quòd cū audiuissetis à nobis prædicationē verbi Dei, suscepistis non sermonem hominum, sed quemadmodum verè erat sermonem Dei, qui & efficax fuit, *ἐνεργῶν* in vobis.

*De Vi & efficacia Baptismatis Christi.*

**V**ideamus primū quid Spiritus sanctus Baptismo tribuat, administrato per primum eius administrum Ioannē. De eo legimus Marc. 1. & Luc. 3. missum Ioannem à Deo, mandatūq; Dei accepisse, vt prædicaret, tum etiā exhiberet baptisma pœnitentię in remissionem peccatorum. Vnde etiam peccata sua homines suscipiēdo baptisma confitebantur, Matth. 3. & prædicabat eis Ioannes Christū, qui tollit peccatū  
mun-

mundi, & dat vitam æternam omni cre  
denti in ipsum Ioan. 1. & 3. & Act. 19.

Nec quenquam mouere debet, D.  
Ioānem id posuisse discriminis inter se  
& Christū, quòd ipse baptizaret aqua,  
ille autem baptizaturus esset spiritu &  
igni. Eo enim dicto voluit Ioānes ostē  
dere quantum interesset, non inter esse  
ctū baptismatis, quod ipse administra  
bat, & quod nunc in Ecclesijs admini  
stratur, aut docere suum baptisma non  
fuisse Christi, de cuius plenitudine ac  
ceperat, vt populum pararet deo perfe  
ctum, sicut verbo, ita & sacramēto, qđ  
verbum est visibile: sed docere voluit  
discrimen inter signum aquæ, quo ipse  
baptizando utebat, & vim illam mirifi  
cam Spiritus sancti, quam dñs iuxta su  
am promissionem Act. 1. effudit in di  
scipulos suos in die Pentecostes, sym  
bolis vsus flatus vehementis, & ignis,  
apparentibus scilicet linguis dispersis  
tis, quali igneis.

Nam legimus Act. 1. Dominū man  
dasse suis, ne discederēt à Ierosolymis,  
sed expectarent promissionem patris,

quam audiuitis, inquit, à me: Nam Ioannes quidem baptizauit aqua, vos uero baptizabimini Spiritu sancto, non post multos hos dies. Cæterum, quia Ioannes baptizauit baptisate pœnitentię in remissionē peccatorum, iubens credere in aduenientem post se Christum baptizauit certē sicut in Christū dñm ita in Patrem & Spiritum sanctum: nā peccatorum nec uera & salutaris pœnitentia, nec remissio percipi à quoq; hominum potest, qui nō sit donatus Spiritu sancto, spiritu fidei. Cumq; iram instantem Dei effugerūt, qui peccata sua uera pœnitētia confessi, baptisima à Ioanne accepissent (quod satis intelligitur ex illo Ioannis dicto ad Phariseos & Sadduceos: Quis ostendit uobis fugere à uentura ira?) necesse est Spiritū sanctum recepisse hoc baptisate, spiritum salutaris pœnitentię & fidei in Christum, de peccatorum remissione, quicumq; illud baptisima ita, ut à Ioanne prædicabatur & exhibebatur, percipiebant. Aliud autem est, percipere Spiritum sanctum, aliud eo baptizari, id est quasi

quasi perfundi, & eo, ceu in aqua immergi. Metaphoricōs em̄ Ioan. & dñs vsi sunt verbo Baptizari, cū locuti sunt de Baptismo S. sancti, & ignis, sicut etiā cū de baptismo supplicij loquitur Luc. 12. Oportet baptizari me baptis-  
mate, & q̄ cōstringor, donec perficiat̄ & Matth. 20. ad filios Zebedaei, Potestis baptizari baptis-  
mate, quo ego baptizor. Vtraq̄ verò metaphora, abū-  
dantia significatur illa S. santi, hac affli-  
ctionū, ærumnarū. Hinc liquet & illud  
Eph. illos 12 viros, qui nesciebant, num  
S. sanctus esset, quos baptizauit Paulus  
non fuisse baptizatos baptis-  
mate Ioan-  
nis, id est quod Ioan. administrauit: sed  
vt de se ipsi testati sunt in baptisma Ioā-  
nis. Ioannes enim à se baptizatis omni-  
bus prædicauit, Christū baptizaturum  
S. sancto, atq̄ in hūc hortabatur vt cre-  
derent, atq̄ ab eo S. sanctū perciperent  
Quocirca ignorare S. sanctū hi Ephe-  
sij nō potuissent tincti baptis-  
mate, qd  
verè Ioannis dici potuisset. id quod &  
Apostoli verba ad hos viros satis indi-  
cāt: Ioānes quidē baptizauit baptisma

te pœnitentiæ populo dicēs, vt in veniētem post se crederent, hoc est in Christū. His enim verbis docere voluit, eos non Ioannis baptisma percepisse, qui Ioannis de Christo prædicationem, & promissionem nondum nouerant.

Sed reuertamur ad propositum, ad ostendendum quæ vis sit, & *ἐπίγειον* baptismatis. Ex iam dictis liquet, effectum baptismatis esse remissionem peccatorum. Si iam expendamus verba seruatoris de baptismo Ioannis 3. in his videbimus esse baptismo tributum à domino ipso, effectum, regenerationem. nam ita dixit: Nisi quis fuerit ex aqua & spiritu renatus, non poterit ingredi in regnū Dei. Nec enim audiendos puto eos, qui hîc per aquam, nō aquā, sed Spiritum sanctum volunt intelligi: quasi verò dominus voluerit Spiritum sanctum bis ponere. In Act. verò cap. 22. vbi Apost. Paulus recitat verba Anania, inuitantis se ad suscipiendum baptismum, ea refert Anania verba: Et nunc quid cunctaris: Surge, baptizare & abluere peccatis tuis, inuocās nomen do  
mini

mini. Ex his itaque verbis tribuitur baptis-  
 mo effectus remissionis, vel ablutio  
 peccatorum. Ad Rom. 6. Quid ergo  
 dicemus? Manebimus in peccato, ut  
 gratia abundet? Absit. Qui mortui su-  
 mus peccato, quomodo posthac viue-  
 mus in eodem? An ignoratis, quod qui-  
 cunque sumus baptizati in Christum Je-  
 sum, in mortem eius baptizati sumus?  
 sepulti igitur sumus una cum ipso per ba-  
 ptismum in mortem: ut quemadmodum  
 excitatus est Christus ex mortuis per  
 gloriam patris, ita & nos in nouitate vi-  
 tae ambulemus &c. Hic infertur ex ba-  
 ptismate mors & sepultura peccati, &  
 vita dei, spesque resurrectionis. Nam cum  
 vult Apost. probare: nos qui Christi su-  
 mus, manere in peccato non posse: af-  
 fert nos peccato mortuos esse, idque eo  
 confirmat, quod sumus baptizati in mor-  
 tem Christi, & cum eo sepulti, atque ea lege  
 ut & in vitae nouitate ambulemus, &  
 Christo simus insiti, etiam ad beatam re-  
 surrectionem. Tribuuntur itaque hoc  
 loco baptismati per Spiritum sanctum,  
 mors & sepultura peccati, vitae nouitas



certitudo futuræ in beatam vitam resurrectionis.

In priore ad Corinthios capite 12. legimus de Baptismate hoc elogium: In vno enim spiritu baptizati nos omnes sumus in vnũ corpus, siue Iudæi, siue Græci, siue serui, siue liberi. Ex hoc ergo loco tribuitur Baptismo incorporatio cum sanctis omnibus, & per eundem spiritum.

Ad Gal. 3. pronunciauit Spiritus sanctus de Baptismate hæc verba: Quotquot baptizati estis in Christum, Christũ induistis. Non est Iudæus, nec Græcus, nõ est seruus, neq; liber, nõ est mas & foemina: omnes enim vos vnũ estis in Christo Iesu. Quibus verbis, spiritus rursus Christi communicationem, qua & cum Christo & cum sanctis cæteris vnũ sumus, baptismati attribuit, in qua communione, quoniam & nostro proficiendum studio est, hortatur nos spiritus sanctus ad Rom. 13. vt dominum Iesum induamus, hoc est, viuere in eo studeamus in dies perfectius.

Obseruandum verò his duob. locis, q̄  
secure

securè Apost. commemoratos effectus  
 omniū baptismati attribuat. Ad Corin  
 thios enim scripsit: Omnes nos vno spi  
 ritu in vnū corpus baptizati sumus. Ad  
 Galatas: Quotquot in Christum bap  
 tizati estis, Christum induistis. Verendū  
 enim fuisset & inter Corinthios, & in  
 ter Galatas, qui nec spiritum, nec com  
 munionē Christi, hoc est, incorporatio  
 nem & induitionem perceperint. Apo  
 stolus autē, vt neminē in Christo fratrem  
 agnoscere debuit, nisi Christo verè cre  
 dentes, ita tantū credentibus, qui sacra  
 mentorū mysteria verè perceperāt, scri  
 bebat, vt nec aliī quę scribebat, potue  
 runt rectè percipere.

Ad Ephe. 5. legimus hæc de Baptisma  
 te: Viri, inquit Apostol. diligite vxores  
 vestras, quemadmodum & Christus di  
 lexit Ecclesiam, & semetipsum tradidit  
 pro ea, vt eam sanctificaret, purgatione  
 ei collata. Lauacro aquæ, in verbo καθαρ  
 ρήσας, inquit, τῷ λόγῳ ὕδατος ἐν ῥήματι.  
 Quomodo verò potuisset Spiritus san  
 ctus id clarius dicere, Baptisma verbo  
 & mandato Christi administratum, in

Instrumentū ipsi esse ad purgandū peccatiselectos suos: nō quo ipse per se opus haberet, sed quod eterna sua sapientia indicauit ac effecit vtile nobis?

Idem affirmat de Baptismate Spiritus sancti, & ad Tit. cap. 3. Apparuit charitas seruatoris nostri dei, nō ex operibus iustitiæ, quæ fecimus nos, sed secundū misericordiam suā seruauit nos, per lauacrū regenerationis, & renouationis Spiritus sancti, &c. En seruauit nos, inquit, *διὰ τοῦ λουτροῦ*, per lauacrū, & vocat lauacrū regenerationis & renouationis Spiritus sancti. Ergo salus nobis, quæ regeneratione nostri constat, & renouatione ea, quā Spiritus sanctus in nobis effecit, atq; ideo & Spiritus sanctus ipse, ipsaq; nostri regeneratio & renouatio nobis per Baptisma administratur. Ad hæc tanta igitur dei præstāda nobis beneficia, vti dominus dignatur instrumēto, Baptismate. Id ipsum plenioribus adhuc verbis prædicauit de Baptismate Spiritus sancti, per D. Petrum, cap. 3. In qua arca, pauca, hoc est, octo animæ seruatae sunt per aquam, quæ & nos seruat,

erat, præfiguratū scilicet Baptisma, non sordiu corporis depositio, sed interrogatio bonę conscientię in deum per resurrectionem Iesu Christi.

Baptisma vocat *ἁγίωσις* aquę, qua seruatus est Noah cū suis per arcā, magis sacramētum miraculi, quā instrumentum naturale, in tali maximē diluuiō, quo cuncta mundi interierunt: quia vt aqua illa, perdens reliqua mundi, quasi in morte, & per mortem seruauit miraculo diuinę beneuolētę Noah cū suis, ita baptisma inferens morti Christi, seruat à morte ęterna per mortem veteris Adę & peccati. Rectē autem subiicit Apostolus: Non depositio sordium in carne, sed interrogatio bonę conscientię per resurrectionem Iesu Christi. Id enim quod præcipuum est in Baptisma te, foedus salutis, quod hoc sacramento icitur, exprimitur hac synechdoche, dū interrogationem ponit pro toto sacramento, in quo baptizandi in mortem & resurrectionem domini, de sua fide interrogantur, & respondent: quod si bona conscientia faciunt, salutem ba-

ptismate accipiunt. Nec enim seruat  
 baptisma adultos, nisi credentes. salus  
 quidem baptismo offertur omnibus:  
 recipiunt autem illam adulti non nisi per  
 fidem, infantes per arcanam Spiritus san-  
 cti operationem, qua ad vitam æter-  
 nam sanctificantur. Ex his iam omni-  
 bus locis clarè perspiciamus, baptisma  
 commendari nobis, vt instrumentum  
 diuine misericordiae, quo Deus non sua,  
 sed nostra causa dignatur vti, vt quo E-  
 lectis suis, quibus ipse hæc sua destina-  
 ta dona conferat, vsus suorum ad id mi-  
 nisterio: per quod eis præscripsit pecca-  
 torum salutarem poenitentiam, certamque  
 ablutionem & remissionem, mortem, se-  
 pulchram, purgationem, spem certam  
 resurrectionis, in Christum incorpora-  
 tionem, eiusque induitionem, id est salui-  
 ficam communionem, regenerationem,  
 inuocationemque spiritus, omnemque sa-  
 lutem.

Nec minus efficax est horum omnium  
 donorum dei instrumentum, baptisma  
 Electis Dei, quos eo statuit sibi Domi-  
 nus regnare, quam est vllum remedi-  
 um

um quantūvis efficax ex natura ad conferendam sanitatem corpori, ad suscipiendum hunc effectum maximè parato & accommodato. Ex Dei enim verbo pendet effectus vtriusque rei. Imò multo certius percipiunt Electi Dei enumerata Dei beneficia per Baptisma, quàm corpora humana sanitatem suam per illa, quæ vocantur remedia naturalia.

## DE VI ET EFFICACIA

Coenæ dominicæ.

**Q**uo dilucidius hoc mysteriū explicemus, & ex verbo dei patefaciamus, quid dñs nobis in sacra sua coena offerat, & exhibeat, arbitror opere preciiū me facturū, si ante omnia cōmemorē, quot sint hominū genera, qui circa hoc summū Dei beneficium impingunt, ac quæ cuiq; causa impingendi: cognitis enim morbis, & causis morborū, remedia opportuna facilius & cognoscuntur, & adhibentur, & admittuntur. Certum autē est, alios impingere circa rem ipsam huius sacramenti, alios verò circa verba, quibus & com

mendatur nobis in Scripturis, & cōuenit illud nunc prædicari, commẽdariq; à nobis. Inter eos verò, qui de re ipsa huius sacramenti, impiè sentiunt, est primum genus eorum, qui opinantur, vel simulant se opinari, quorū hodie ingēsturba est, Christum dominū adesse sub speciebus (vt loquuntur) panis, & vini, substantia panis & vini, vel in corpus & sanguinem Christi, mutata, id est (vt ipsi dicunt) transubstantiata, vel miraculo subducta, adesse, & præsentē manere, quādiu species illæ, id est, panis & vini permanent quantitas & qualitas: atq; adesse, vt in his speciebus, debeat coli ac adorari: ac contra cunctas, quæ hominibus siue incidunt, siue metuuntur, calamitates afferri, & circumferri, vt cōtra cæli intemperiem, vim aquarum, incendiorum, hostium: deniq; quotidie in innumeris Missis patri immolari, pro viuis & defunctis, pro malorum omnium depulsione, bonorumq; omnium conciliatione, in hac & futura vita. In hac verò opinione & superstitione aliqui reuera sunt, alij esse simulant; eorū  
que

que qui impijs persuasionib. fascinati  
 in hac hærent opinione re vera, alij er-  
 rant corde simplici, alio qui timore dei  
 non vacui: alij autẽ, quorũ hodie (post-  
 quam lux doctrine Christianæ effulsit)  
 est longè maximus numerus, summis  
 quidem furoribus dñicant, ferroq; ig-  
 ni, ac quibusq; crudelissimis supplicijs  
 pro Christi in hoc sacramento, præsen-  
 tia, & cultu, qui tamen ita sceleribus &  
 flagitijs suis, hunc ipsum filium dei cal-  
 cant pedibus, sanguinemq; eius ducũt  
 prophanum, vt se ipsi manifestos faciãt  
 non credere Christum Dominum filiũ  
 illum Dei, quem nobis prædicant Euã-  
 gelistæ, & scripta Apostolica, vspiam  
 esse, nedum esse, regnareq; in cælis, de-  
 um & seruatore[m] nostrum, sed fingere  
 sibi alienum, sicut deum, ita & Dei fi-  
 lium: eiusmodi scilicet & deum & Chri-  
 stum, qui externis, & ab hominibus ex-  
 cogitatis cultibus placari velit, vt genu-  
 flexionibus, oculorum & manũ subla-  
 tionibus: à fabrefactis domicilijs, argẽ-  
 teis atq; aureis mōstrantijs, calicib. patē-  
 nis, lineo, preciosis pyxidib. paruis &



magnis tintinnabulis, fistulis, cytharis, & omni genere musicorum instrumentorum, sertis, floribus, ornatis vestibus, ac tapetibus, statuis, & nugis omnibus, quas hæc caro miratur. Hisce potentis confidunt infelicissimè dementati homines, posse ita sibi placari filium dei, & totū cœlum, vt quantumuis impie, iniuste, nequiter viuant, tamē daturus ille sit eis vitam longeuam, opes, & honores, potentiam: quo diu multūq; valeant præstare se in ipsum contumeliosos, & in proximos iniuriosos. Nam inter hos, quot reperiuntur manifesti, periurij, cōfessarum fraudum in proximos, odij fraterni, inuidiæ, stuprorum, adulteriorū, crudelis neglectus fratrum suorum. Christus autem dominus non nouit eos, qui audiunt eius sermonē & non faciunt: quiq; dicunt se nosse deū, præcepta autem eius non seruant, mendaces sunt, & veritas in illis non est: Nā non faciens iustitiam, & non diligens fratrem, non ex Deo, sed ex Diabolo est. Omnino itaq; hi ignorant, nec credunt esse filium Dei, & nostrum seruatorem

uatorem dominum Iesum Christum,  
 in cælis, aut vspiam esse. Quamobrem  
 cum ferro etiam, non verbis tantum &  
 igni vindicant & propugnāt suum cō-  
 mentitium, non verum filium dei in pa-  
 ne, inq̃ Missa sua, tanquam magnificū  
 ei exhibent cultū, quod ad externam il-  
 lam pompam attinet; aut scientes illu-  
 dunt deo, & hominibus, simulantes, se  
 deum illum & Christū factitium suum  
 tantū facere, & colere, cū inane no-  
 men & cōmentum statuunt, quicquid  
 de Christo & deo in diuinis Scripturis  
 quidem reuelato dicitur, & prædica-  
 tur, aut pro innata hominibus supersti-  
 tione, ex qua cūcti falsi cultus deorum  
 iam inde ab initio orbis emanarunt in  
 omnes gentes. Volunt enim habere,  
 & colere deum, non cui ipsi seruiant,  
 viuantq̃, sed qui ipsorum ministrum,  
 deumq̃ se præstet, impijs cupiditatib.  
 hoc est virtute ipsis diuina suppeditet,  
 quibus se, & deo vero & hominibus in-  
 festiores atq̃ nocentiores exhibeant  
 cacodæmonas. Eundem falsō per tot  
 secula excogitatum, ac frustra quæsitū

deum & Christum nō verum, qui in di-  
uinis scripturis se nobis patefecit, quæ-  
rant & colant necesse est: aut colere se  
ventris, ambitionisq; causa simulent at  
que mentiātur omnes ij sacrificuli, qui  
pro Christi in sacramēto suo, ac Missa,  
& præsentia, & cultu decertant: cum ta-  
men ne minimum quidem veri Christi  
et seruatoris nostri præceptum curare  
se, ipsi tota vita sua demonstrant. Qui  
dogmata regni Christi, nec norūt ipsi,  
nedum student tradere plebibus suis,  
vitam degunt fœdam & alienam ab o-  
mī honestate: interim si multorum sa-  
cerdotiorum queant prouentus, per sa-  
cilegia, & manifestatam simoniam in-  
uadere, nihil faciunt ad summā diligen-  
tiam reliqui. His hominibus, si tamen  
homines dicendi sunt, quoniā se in eo-  
rum ipsi intruserunt numerū, quos do-  
minus vocat canes & porcos, nihil est  
de sancto, & margaritis domini proj-  
ciendum, aut spargendū. Amant, quib.  
ad luxū & pompam abutantur spolia  
ecclesiarum. Placet illis ociosa illa, mol-  
lis, ac licentiosa, et exlex vita, quam sibi  
ista

ista maxime impostura parauerunt, qua persuaserunt hominibus, sibi esse potestatem, non modò dei omnia saluifica nobis opera pro suo arbitratu administrandi, verum etiam deum, & seruatorem nostrum presentem & opitulatorem contra omnia mala, & largitorem omnium bonorum hominibus statuere & exhibere, sua magica panis, viniq; transubstantiatione. Postq; enim eo homines fascinarunt, facile se cum ceteris honestis & Reipub. vtilibus operib. & negocijs, ac iudicijs exemerunt: & se deos quosdam reliquorum hominum constituerunt.

Cum itaq; hi se vere de hoc sacramento doctrinae obijciunt, suisq; eam sophismatis oppugnant, nullum sane verbum cum eis de tantis Christi mysterijs est comunicandum, quo ad ipsos quidem attinet. Quia cum reperiantur & ex vere timentibus deum, quos illi tenent adhuc suis commentis implicatos, propter hos ad veritatis cognitionem adducendos, ac ita Christo domino lucrifaciendos, necesse est nonnunquam confiteri cum illis, quanquam canibus &

porcis: sicut dominum ipsum legimus  
 conflictatum esse toties, cū obstinatis  
 in impietate Pharisæis & Sadducæis.

Porro quocunq;, vel circa hæc, vel  
 circa alia Christi mysteria homines sa-  
 nabiles essent: vna hæc ab errore illos  
 ad sanam doctrinam reuocandi via &  
 ratio patet, & est idonea, docere eos,  
 verbis domini nostri Iesu Christi, & iū-  
 ctis diuinis Scripturis indubitata ad  
 hibere fidem, nec quicquam dubitare,  
 dominum ipsum & Spiritum sanctum  
 (si puro & credente corde inuocetur)  
 per easdem Scripturas & verba sua piè  
 expensa, cū legendo, tum à fratribus  
 audiendo abundè eis cūcta salutis my-  
 steria explicaturum.

His alij contrariam, sed æquè impiã  
 sequuntur de cœnæ dominicæ myste-  
 rio cōmentationem, hiq; tantundem  
 habent, & adorant veri Christi, quan-  
 tum superiores. Permittunt enim sibi  
 quæuis dei verba, pro suarum mentiū  
 existimatione, deprauare, fingereq; si-  
 bi Christum & Christi sacramenta, pro  
 vt fert ipsorum arrogantia, & effrænes  
 cupidita

cupiditates. Isti nihil omnino Christi, aut operū Christi in sacra domini cœna agnoscunt, sed habent eam pro cœremonia, qua homines (cū ipsis visum sit) etiam in quolibet vulgari conuiuio Christi seruatoris scilicet longè absentis memores sint, ac se velle de eius haberi grege profiteantur. Viuūt autem in eo præceptorum dei contemptu, eò que feruntur mundi studio, in ea harēt vitæ ambitione & nequitia, vt haud plus credant, Christum dominum esse & regnare in cœlis, quanquam de hoc mirificè triumphant, ne quis Christum extra cælum quærat, quàm superiores, qui eum pro pane & vino sub harū rerum accidentijs, se adorare, vel simulant, vel confingunt. Apertè enim ipsi filium dei conculcant pedibus & sanguinem eius prophanum ducūt, vt tota eorum vita euincit. Hi sunt qui iugū papæ non abiecerunt, quòd Christi iugum vel nossent, vel vellent in se suscipere: sed ideò tantùm, quia ad aliquam tamen videbantur sub illo iugo, religionē, deicq; disciplinam ligari. est his

intolerabile, quòd vel principum, & reipub. iugo, & legib. cogunt se aliquo modo submittere: tam abest, vt Christi iugo ac disciplinæ ceruicē suam submitterent: eaq; propter, quicquid vllò modo, regnum, potestatem, & disciplinam Christi resipit, id criminantur pertinere ad Romani antichristi tyrannidem reuocandam, potentiamq; sacerdotum: omnem proinde vsum sacramentorum pro nihilo ducunt: conciones ægrè ferunt, quanuis lenes, acres insimulant seditiosi conatus. In summa religionē omnē vellent abolitā, quo p̄ sua licentius libidine grassari valerent.

Quos ipsos ob hanc eorū caninā & porcinaē impietatē meritò longū valere sinemus, cū non cōmittit nos cū illis necessitas, Christi doctrinā contra eos tueri ac defendere: p̄pter & eripiēdos ex illorū perditione, si qui detineri in ea sanabiles hominesprehendātur, & infirmiusculos in partib. veritatis cōfirmandos. Reperias enim inter hos, quanq; non multos, aliquos tamen, qui cū cætero qui haud omnino alieni sint à deo,

à deo, ista tamen sacramentorū Christi prophanatione et euacuatione teneantur fascinati, vt sacram cœnam habeāt tantū pro memorabili, absentis omnino Christi: & nota quadam ac symbolo Christianæ societatis, eorū quasi superuacaneo: vt si in anno semel, bis aut ter celebretur, abundē satis sit.

His itaq; duobus contrarijs generibus hominū reperiunt ferē omnes, qui reuera circa hæc cœnæ dominicæ mysteria impingunt, verboq; dei palā aduersantur. Causæ verò impingendī vtriusq; in aliquib. quidē, tametsi perpaucis, deprehenduntur esse, simplex hallucinatio, et minimē affectata sophismatis impiorū hominū implicatio: multò autē maiorē partē, impellit in hæc impietatis præcipitia, q̄ vna pars nullis vult teneri religionib., altera religionibus eius modi, quæ nō homines placitis dei, sed deū cupiditatibus addicāt hominum.

Per multa autē in vtroq; impietatis genere turba est, quæ cura horum mysteriorum simulant magis, quàm vlla reuera tangatur. Huiusmodi ita-



que sunt qui re ipsa de cœnæ dominicæ mysterijs, aliena à verbo dei sectantur, & deprehendunt, & his, quas exposui causas, in hoc certamine versantur.

Iam videamus etiam, qui non de re ipsa mysteriorum, sed de verbis modo, & quibus debeant prædicari à nobis, inter se variant & pugnant, & quibus maximè de causis in hac detineantur varietate & pugna. Horum ergo alij, defixis animis, in illos quos superiore loco commemoravi, qui indulgentes rationi carnis suæ, quam & ipsi (licet vocent dominicam cœnam), vacuum prorsus domino esse, contendunt: ita student horum occurrere errori, & Christi dominici de sacra cœna sua verba efferre, atque vrgere: & ipsi in prædicando de hoc mysterio eiusmodi ut loquendi grandibus formis, ut alijs non paucis hominibus, nec indoctis, aut malis quoque videantur, Christum ipsi panis & vino cœnæ vel includere, vel affigere, ratione aliqua huius mundi, adeoque detrahere non nihil & veritati  
 huma-

humanæ naturæ in Christo & gloriæ eius cælesti, & officio summi sacerdotij, suos per se solùm seruandî. Quæ vitia cùm aliij se in horum sermonibus videre autumant: ita eorũ defugiunt, & enarrandî verba domini, & spiritus sancti de hoc sacramêto, rationem, & quibus in commendando hoc sacramento, vti solent, figuras, adeoq; & in contraria deflectunt, cùm interpretando domini & spiritus sancti verba de cœna domini, tũ suis verbis eiusdem cœnæ mysteria prædicando, vt illis, quos proximè commemorauî, videantur, vti faciunt, quos secundo loco commemorauî, visa rationis suæ verbo dei anteponere, non velle verum de his mysterijs petere ex verbis domini sensum sed quem ipsi fingât, inferre verbo dei, Christumque dominum sic includere cælo, & à sacra cœna facere absentem: vt non tantùm dominum ipsum, sed etiam omnia eius beneficia, & à cœna, & à fidelibus suis omninò secludant, adeoq; & ipsi sacramentum euacuent, indeq; & communionem, & discipli-

plinam Christi dissoluant. Hi quidem mihi, qui multis tamen annis in cōponenda hac controuersia laboraui, & vtriusq; partis præcipuos viros sæpe & diligenter audiui, quæ sentirent, fideliter explicantes, videntur re ipsa omnino consentire. Nec enim hi, quos quarto loco numeravi, volunt tantum panem & vinum absentis omnino Christi symbola, percipiç; in sacra domini cœna, verum & Christum ipsum atq; eius beneficia: nec ij, quos tertio loco proposui, Christum vlla seculi huius ratione, vel includunt, vel affigunt symbolis, mundi huius elementis: verbis autem quib. vtrinq; vel dicta domini, & Spiritus sanctus de hoc sacro explicant, vel ipsi hoc mysteriũ prædicant, adeo certè desident, vt pleriq; horum sibi ipsi non videantur verbis tantum, verum etiam sententijs discrepare.

Huius ergo dissensionis causas, cum sæpe multumq; quæsierim, aliàs inuenire non potui, quàm has: Primam meritam iram dei aduersus nostram ingratitudinem, qui regnum filij eius, non prout

prout illud nobis reuelauit, & offert, recipimus: Secundam, mysterium probationis, quo dominus semper solitus est in ecclesijs suis per obortas hæreses atque dissidia, manifestos facere probatos suos, infirmiores suę admonere imbecillitatis, & excitare in eis acriorem salutis suę sollicitudinem: reprobis verò se, & doctrinam suam, quam repudiant, petram adhibere scandalı, & lapidem offensionis: Tertiam, Neglectũ sanctę in Christo communionis.

Primũ. n. in confesso est omnib. qui his de reb. possunt iudicare, multis retro seculis, deũ nulli gēti salutis nostrę dogmata, cunctaq; regni mysteria eousq; patefecisse, totamq; scripturã suã tam luculenter exposuisse, atq; his nostris tēporibus, nobis aquilonaribus populis. At, quę vspiam extat ecclesia quę possit de se affirmare, disciplinam se quoq; omnem domini recepisse, lucemq; doctrinę, & oris confessionem vitę reformatione (vt par erat) re exornasse? Quĩ itaque nos tantis dei beneficijs, quibus nos cumulauit, gratos

prestare, nimis segniter studuimus. Indigni ipsi nos fecimus, quib. dominus ampliora beneficia couferret, iuxta dictum suū: Omni habenti dabitur, hoc est, acceptis donis rectè videnti. Nō habenti, hoc est, dona dei non dignè excipienti, vt vsurpanti, auferetur & illud quod habere videtur, verius, quā habet. Quoq; magis contamur nos iugo Christi optimo totos subdere, ac spiritui ipsius, vt filij dei, agendos in omni vita promittimus, eo in nos Satanæ, spiritui erroris & dissensionis, plus ad offundendum nobis variarum hallucinationū nebulas & dissidendi occasiones, iusto dei iudicio indulget. Deinde visum est Dño arcano suo, sed non minus iusto dei consilio fideles suos vt cæteris tentationibus, ita & hac per hæreses, & dissensiones explorare, qua probos suos, vt aurū igni facit explendescere: debiles in fide, nominis verbique sui, suæ admonet infirmitatis, & reprobis in grege suo hypocritis, quam quarunt, & merentur, occasionem præbet offensionis, Positus est enim dominus

nus

nus uerè timentibus se, in sanctuariū:  
 cōtempторibus autem suis, in lapidem  
 offensionis, in petrā impactiōnis, dua-  
 bus domibus Israel, in laqueum & ten-  
 diculam habitantibus Ierusalem Ies. 8.  
 Positus est in ruinam, & resurrectionē  
 multorum in Israel. Venit iudiciū  
 in hunc mundum, ut non videntes, vi-  
 deant, & videntes cæci fiant. Ioan. 9.  
 Hinc & tempore Apostolorum, mar-  
 tyrum, & sanctorū patrum, præter por-  
 tentosissimas hæreses, grauissima etiā  
 inter bonos certamina de Christi reli-  
 gione extiterunt.

Perpendantur quę de peracri illa, de  
 ceremonijs, controuersia leguntur A-  
 ctorum 15. & Gal. 2. Quę item de pseu-  
 doapostolis 2. Cor. 10. & 11. Philip. 3. 1.  
 Timoth. 1. & 4. & Tit. 1. & 3. Agnosca-  
 mus etiam, quanta fuerit illa vis Satane  
 quam exercuit postea importunissime  
 per tot, tamq̃ horrendas hæreses, quas  
 exortas mox ab Apostolorum decessu  
 commemorant, Irenæus & Tertullia-  
 nus. Non parū sanè tamen etiam per  
 varias inter pios, ac fideles episcopos

atque ecclesias, contentiones, qualis illa fuit de tempore festi Paschalis, qua accensus Victor Romanus episcopus decreuerat cunctis Asianis ecclesijs, diuersum ritum obseruantibus, quam D. Ioannis Euangelistæ traditionem prætenderent, Christianam renūciare communionem: cuius intempestiuo zelo D. Irenæus sese obiecit, vt legitur apud Eusebium in historia Ecclesiastica libro 5, cap. 23. & tribus sequentibus. Atq; hæc acciderunt anno domini 199. cū quotidie sanguis Christi in martyribus eius fundebatur. Quantū iam furorum excitauerit Satan, data ecclesijs pace à tyrannis, per Ariū, & eos qui hunc secuti sunt, doctrinæ Christi violatores, id verò est horrendum lectū. Non sumus autem nos ijs, qui tum extiterunt, vel doctoribus, vel plebibus Christi meliores, hoc est, deo pro acceptis beneficijs gratiores, cognitisque præceptis eius, præceptis vitæ æternæ obsequentiores. Quid igitur mirum, cū tam remisse oramus patrem cælestem, ne nos inducat in tentationem;

nem, sed liberet nos à malo tentatore: Nam omnis vera ad deũ precatio, pro vt ardet ipsa, ad placita dei conformatur, ne aliquid eius furorib. in nos permittatur. Cumq; veteres ecclesias afflixit acerbissimè, labefactando religionis nostræ dogmata, de deo, & seruatore ipso, de cuius incarnatione, & ijs, quæ pro nostra salute fecit, & passus est, affligit nostros, de ijs ministerijs & rationibus, quibus eam quam nobis parauit salutem, debemus excipere. Itaque fit, vt & nostro tempore præter Satanæ varios conatus in reuocando prope omnes veteres portentosissimas hæreses, etiam inter bonos tam grauiã, nec paucis admodum maiora existant certamina, & de ijs rebus, sine quibus, quicquid nobis filius dei factus est & effecit, percipere non possumus, de Christi filij dei, & nostri inter nos, & in ipsa beata communione, de omni parte per eum salutis administratione, atque ad nos applicatione,



Tertia causa est harum conflictationum, neglectus communionis in Christo. Ea enim nunquam in Ecclesia fuit rarior & frigidior. Quam enim continenter conueniebant, & vnà debebāt sancti in prima ecclesia, Lucas satis prædicat, Actorum 2. 4.5. Deus est charitas, & Christus vult ecclesiam suam, vti corpus, sibi & inuicem iunctam esse, & compactam. Spiritus sanctus sua dona, nō vni, & alteri omnia, sed singulis, pro vt vult, distribuit, & ad totius corporis vtilitatem explicanda. Poscit itaque, vt fideles sua dona studiosè conferant, & grati excipiant. Per quoscumq; illa offerat, vult sublata omnia illa mundi discrimina. Iudæus, Græcus, Scythia, liber, seruus, ei est perinde.

Dum igitur nos communionē hanc membrorum Christi, & donorum Spiritus sancti communionem male colimus, sed quisque sibi ipsi satis sapere videtur, parcius etiam sua dona Spiritus sanctus impertit: & præualet apud nos mater omnis ignorantis & prauis iudicij, *Φιλωτία καὶ Φιλαρχία*: quas pestes

pestes consequitur neglectus & fastidium fratrum, donorumq; Dei, & S. sancti in illis contemptio, ac inde inuidia, unde consequuntur multę perniciose suspiciones, calumnię, apertę iniurię &c. His verò Satanę flatibus, & procellis letiferis, depellitur à cordibus hominum aura leuis & salutaris S. sancti qui solus in omnem inducit veritatem quicq; apud eos residere solet, qui sunt afflicto & deiecto spiritu, & tremunt ad sermones eius, Iesa. 66. Quicquid enim nostri in nobis hæreat, id obstat, quominus motus veritatis omnis & salutis à capite Christo in nos sua membra dimanet. Hęc qui religiosè expēdat, ille meritò deplorabit, & grauiora adhuc mala inde metuet, quòd tam paucis videmus verè fraternā de rebus religionis cōmunicationem, cordi esse: imò eam æquis animis sustinere. Ita enim sibi fidunt pleriq; & sui esse amāt, vt nisi, quasi cogantur ad conferendum cum alijs de religione Christi sese non demittant: et si ad aliquam de Christi dogmatis cōmunicationem sint adducti, ita nō co-

mes se & faciles ad audiendū alios, & docendum, quos labi putant, leuesq̄ præbent, vt præstiterit eos ad disputationem nō accessisse. At Deus charitas est, & *ὁ ἀγαπᾷ πάντας*, poscitq̄ à nobis merito, filijs suis, vt simus & nos perfecta humanitate, charitate, & misericordia, adeoq̄ mansueti, patiētes malorum & commodi, paratiq̄ ad docendum, vt erudire, & ad veritatem instituire sustineamus, ac elaboremus, etiam contradicentes, ingratos & vitiosos 2. Timo. 2. Hæc verò de causis errorum & dissensionum, circa cūm hæc cœnæ Dñicæ mysteria ipsa, tum verba, quib. & dicta domini de illis, ac Spiritus sancti explicantur, & nos eadem confiteamur, & prædicemus, ideo cōmemorauī, vt causas has tantorum malorū cognitas, modis omnib. arcere, depellereq̄ à nobis studeamus, nec speremus sinceram cōcordemq̄ nos de his sacris intelligentiam atq̄ confessionem consequi, nisi has errorum & dissidiorum causas procul à nobis fecerimus. Oremus itaque dominum, vt omnes istas errorum & dissidio-

dissidiorum circa hæc sacrosancta my-  
 steria causas, procul à nobis faciat, do-  
 netq; nobis veram sui & verbi reueren-  
 tiam & notitiam per viam in eum fi-  
 dem, vt nihil de eo, cunctisq; eius ope-  
 rib. & beneficijs credere sustineamus,  
 quod non ipse de se & factis suis testa-  
 tus sit in diuinis scripturis suis: nec pu-  
 temus etiã quicq; posse de eius doctri-  
 na ritè intelligere, aut verè credere, nisi  
 pijs precibus pro vero & germano om-  
 nium verborum Dei intellectu, adiun-  
 gamus confirmatam voluntatem faciẽ-  
 di voluntatem patris, & seruandì Dñi  
 præcepta omnia, nihilq; his detrahẽtes  
 quicquam, vt neque religionem nobis  
 expetamus quæ nos relinquat nobis,  
 & cupiditatib. nostris impijs falsò pol-  
 liceatur patrociniã: sed potius quæ cru-  
 cifigat eas, & aboleat: Nec quæramus  
 esse exleges & absq; iugo & disciplina:  
 Desinamus partiri Euangelica præcep-  
 ta, vt quædã eorũ amplectamur, quæ-  
 dam etiã eorũ negligamus: Præstemus  
 nos gratos de acceptis beneficijs, vt be-  
 nignis. Deus conferat ampliora. Præ-

terea caueamus omnes Satanæ conatus, & admirabiles artes, quibus nunquam non laborat, eorum distrahere animos quorum munus est, pro alijs quoque Christo domino militare ad destructionem eius tyrannidis. Vitur autem ille maxime ad diuellendum animos eorum, qui religionem Christi, atque ideo verissimam animorum pacem, & consensionem, docere ac prouehere debent, dissimulata inflatione φιλαυτίας καὶ φιλαρχίας fastidijs, si non etiam inuidentiæ donorum dei in fratribus, quas pestes conuestit, tegitque ementito amiculo zeli diuini, pro puritate fidei, pro doctrinæ Christi sinceritate, pro Ecclesiæ salute. Hos itaque in nobis morbos diligenter obseruemus, eoque inuenta nostra omnia suspecta habeamus, & præmissis ardentibus precibus ad diuinas scripturas exigamus, de illis fratrum iudicia, non audere tantum facile, verum etiam presere considerare studeamus, cogitantes, obstetrices melius quam matres de partu iudicare: & dominum varie sua dona distribuere, ac vnumquemlibet suorum docere ministerio aliorum fratrum

fratrum, & sæpe summè excellenter donis multis per eorum operam, qui multò paucioribus pollēt. Cumq̃ sciamus Dominum mandare benedictionem suam, vbi fratres vnà viuunt, summa vitæ totius coniunctione & consuetudine: hanc in domino perpetuo & summo studio colamus, deijcereq̃ nos ad omnia pia obsequia adiuu faciamus, cū etiaq̃ quæ charitatē sinceram possint vllō modo oblædere, summopere euitemus. Deus est charitas, & qui in charitate manet, in Deo manet. In Deo itaque sapiet, & Deum in fratre libentissimè audiet, & ea audiet religione, ne qd tamen commenti humani ex preposterâ, vel sui deiectione, vel fratrum existimatione, suscipiat pro doctrina Spiritus sancti. Charitas quoq̃ cū credat, speret, & sustineat omnia, non est suspicax, nihil rapit in partem deteriorē, sed quoad potest per verbum Dei, lapsus fratrum fert, dubia in meliorem partē interpretatur. Cumq̃ deprehendit fratres omnino errore teneri, & peccato, submouere magis hæc mala satagit,

quàm exaggerare & diffamare. Sic ergo premunitis animis nunc ad rem accedamus.

Propositum est ostendere claris dei oraculis, quid sentiendum, & confitendum, prædicandūq; sit nobis de vi & efficacia Cœnæ dominicæ, hoc est de eo quid nobis dominus in hoc suo sacramento præstet & exhibeat: ac quid in nobis efficiat. Dicitum est autē, quosdā de hoc mysterio re ipsa aliena à verbo dei, impia sectari cōmenta: quosdā autem inter se discrepare verbis: dum scilicet cōuenire nō possunt, nec de vera verborum Dñi, ac Spiritus sancti, quibus nobis hoc sacramētum est cōmendatum, intellectu atq; interpretatio ue: nec etiam de formis loquendi, quibus sint ista nobis mysteria explicāda, confitenda, prædicanda.

Primū itaque studebo edisserere, quid ego sentiam de his mysterijs credendum esse, tum quā existimem verā ac germanam verborū domini, & Spiritus sancti de his mysterijs intelligentiā, atq; interpretationem: Tertiò, quibus

bus nos verbis maximè deceat in commendando, prædicandoq; hoc sacramentum uti. Posthac quoniã iudico iuxta fugiendam ac detestandã nobis toto corde, & eorum, quos primo loco cõmemoravi, inter impingētes circa hæc mysteria, superstitionem: & eorum, quos numeravi secundo loco, dissolutionē: tum etiam cauendas omnes hallucinationes, & iniquas de fratribus suspiciones, quib. implicantur, qui in tertio & quarto loco à me positi sunt, inter eos, qui de his mysterijs adhuc inter se contendūt: etiam ad horum omniũ respõdebo argumenta, quib. quisq; vel errorem tueri conatur suum, vel suam defendere in asserendo sua, & refutando placita, & dicta fratrum, duritiem. Cum itaque id quæratur nobis, quæ sit vis & efficacia sacrosactę Eucharistię vel cœnæ dominicæ, id est, quid nobis Dominus per hoc sacramentum, dum illud, ut ipse instituit, & administratur, offerat & tradat, & quid eo in nobis efficiat, quantum mihi Dominus dedit sua verba intelligere: Equidem respõ-



*d. eucna*

deo coram eo, dare eum nobis tria: Vnum, Panem verum & vinum, in natura sua minimè immutata: adeoq; anathema mihi sunt, quicumq; satis moniti & docti, tamen perseverant hic facere novum, absq; omni verbo Dei, fidei articulum, de panis ac vini substantia: vel evanescere eam ad recitationē verborum domini: vel in corporis & sanguinis domini substantiā transubstantiari.

Alterum, ipsum corpus & sanguinē domini, adeoq; dñm ipsum, deū & hominem, vt sedet regnatq; ad dexteram Patris: sed excipiendum fruēdumq; vt æternum seruatorem nostrum, vitæq; beatæ & largitorem & sustentatorem: atq; ideo percipiendū nō sensibus, aut ratione naturali, nec via & ratione huius seculi, sed per fidem enērgiamq; S. sancti, fruendumq; non in cibum ventris, verūm ad augendā eā in nobis sui communionem, vitamq; dei, quam donavit nobis in baptisate, qua manemus & viuimus, non in nobis ipsis, sed in ipso domino, & ipse in nobis. Et hic itaque anathema esse agnosco omnes

eos,

eos, qui nihil quàm panem & vinū, absentis omnino Christi, symbola in sancta Cœna agnoscunt.

Tertiū, quod hîc datur & accipitur, est cōfirmatio noui Testamenti, id est, fidei, de gratia dei, & remissione peccatorū, quod velit nos habere pro filijs & largiri hereditatē vitæ æternę. Damno itaq; eos, qui dicunt, sacram cœnā tantū institutā nobis, pro nota Christianæ societatis. Hęc tria simul offerri & tradi nobis in sacra cœna domini, cū ea (vt ipse instituit) communicamus, à domino quidem ipso, eiusq; virtute & opere, sed per ministrum, & totum cœnæ ministerium, ostēdam primū ex ipsius verbis domini, & Spiritus sancti de hoc sacramēto. Deinde adiungam confessionē & testimonia veteris Ecclesię. Vt verò Dñs tria ista, sui symboli, quæ dixi, panem & vinum, semetipsum, & fœderis confirmationem, suis fidelibus vnā exhibet, & id verbis suis, & Spiritus sancti simul quoq; docet: statui dicta illa ipsa domini & Spiritus sancti de sacra cœna, ordine proponere & expē

dere: atq; in his illa tria Christi dona pariter demonstrare. In eo verò cum sit sensus germanus dictorū domini, & Spiritus sancti explicandus, simul duo priora ex tribus, quæ me ostensurū circa hæc mysteria recepi, prestare studebo, vt doceā scilicet, & quid de hoc mysterio sit sentiendū, & quæ sit genuina verborū domini, & Spiritus sancti de his mysteriis interpretatio.

Verba dñi de hoc sacramēto representāt nobis Euāgelistæ, Matthæus, Marcus, Lucas, Paulus, cū quibus rectè coniunguntur, & quæ Ioan. 6. leguntur Dominū prædixisse de seipso, videlicet, se panem esse, qui de cælo descenderit, & vitā det mundo. Item de carne sua, quæ verè sit cibus, & sanguine suo, qui verè sit potus: & quòd eiusmodi sit cibus caro sua, & potus suus sanguis, qui solus pascat in vitam æternam: vt ij vitam in se veram non habeant, quicumque hoc cibo & potu non pascuntur: in æternū autem viuant, certiq; sint de beata resurrectione, quicumq; hoc cibo vescuntur & hoc potu potantur. Adhæc reliquit nobis

nobis Spiritus sanctus etiam quædam oracula per Paulum 1. Cor. 10. 11. & 12. cap. Ista itaq; intueamur, & perpendamus ordine.

Quæ diuus Matthæus nobis de sacra cœna Domini conscripsit, sic habent: ἰδιόντων δὲ αὐτῶν, &c. Hæc primùm cōsideremus verbatim: Deinde ostendamus ea, quæ nobis dominus his verbis suis impartiat. Commemorat & D. Ioānes multa, quæ dominus dixit in nouissima cœna sua, sicut pedū lotionem. Inde solet quærī de tēpore instituti sacramenti: Num hoc ante, aut post pedum lotionē discipulis suis instituerit, atque tradiderit. Quanquā verò de ordine dictorum & factorum domini nō queat adeò omnino aliquid certū ex Euangelistis colligi, de cūctis domini dictis & factis in cœna: tamen satis liquet ex narratione Matthæi & Marci, dominū antequam communionem sui instituerit, accubuisse cum duodecim, atq; cibum sumere cœpisse, atque de Iuda præmonuisse. Sic enim textus habet Matt. 26. Vespere autem factō, accumbebat

cum duodecim, & edētibus illis, dixit: Amen dico vobis, quòd vnus vestrum me proditurus est. Cū iam Ioannes præmonitionē de Iuda proditore factam à Domino memoret, post pedum lotionem, creditur Dominus *δ'ειπὼν γινόμενός*, id est, facta & parata cœna, nondū sumpta, de mensa statim, vt accubuisset, surrexisse, & Discipulis pedes lauisse, & quæ ad illud pertinebāt mysteriū exposuisse, ac tum statim subiecisse de Iuda, inde verò sacrā sui communionem præbuisse: Et rursus, vt est apud Lucā, monuisse de Iuda, atq; contentionē de primatu in discipulis ortā repressisse, hisq; deinde subiecisse concionem, quam Ioannes retulit: Filioli, parum superest tēporis, quo vobiscum sum, &c. Mandatum nouum do vobis &c. Verisimile itaq; est dominum post manducatum agnum Paschalem, sacram sui communionem discipulis exhibuisse: & eam quidem continenter sacramento agni Paschalis adiunxisse, vt eūdem esse populum, veterem & nouū, & religionē eandem, quod ad substantiam attinet,

vtriq;

utricq; traditam, indicaret. Edentibus enim, inquit, illis, accepit Iesus panem, καὶ εὐλογησας, &c. Id Dominus pro more fecit veteris populi, quem Iudei hodie seruant, ut cum festum insigne est, honoratior in mensa, accipiat initio calicem in manus suas, & benedicat domino, his verbis, Benedictus tu Iehouah, deus noster, Rex seculi, qui educis panem de terra. Et cœna finita, similiter benedixit Deum, accepto calice, ac deinde distribuit. Proinde Lucas bis poculum circumlatum à domino commemorat: Maximum enim erat festum Paschatis. Quibus autem Dominus verbis usus sit in agendo gratias, incertum est. Arbitror autem alijs & pluribus, quam hodie Iudei soleant, verbis usum.

Notanda præterea connexio verborum. Edentibus habet Evangelista: λαβὼν ὁ ἰησοῦς τὸν ἄρτον, καὶ εὐχαρισήσας, ἔκλασε, καὶ ἔδωκε, καὶ εἶπε, λαβετε, φάγετε. hinc enim discendum cum omnia hæc eodem quo dominus ea peragit, ordine aguntur, exhiberi veram domini cœnam, hoc est si gratiæ aguntur deo, in cœtu verorum

discipulorum, ad dona hæc dei, panem  
 & vinum, & ipsa statim distribuuntur,  
 atq; accipiuntur edēda & bibēda, edun-  
 turq; & bibuntur. λάβετε, φάγετε πίετε ex  
 eo omnes. Hic videamus, quid nam ius  
 ferit eos accipere, edere, ac bibere, cer-  
 to certius est, panem dedisse dominum  
 & vinum: & edere hunc & bibere ius-  
 sisse. At quia subiecit: Hoc est corpus  
 meum, hic est sanguis meus, & maxi-  
 me cum subiecta sit particula rationa-  
 lis (enim) quæ indubiè non minus per-  
 tinet ad præbitū panem, quàm ad præ-  
 bitum poculum, est synechdoche: ex v-  
 no duo intelligit: sicut etiã intelligen-  
 dū verbum est, cum dominus insuffla-  
 uit in discipulos, ac dixit eis: Accipite  
 Spiritū sanctum. Halitus ille non erat  
 ipse Spiritus sanctus, sed Spiritus san-  
 cti symbolū exhibitium. Similis locu-  
 tio est. Gen. 17. vbi describitur circunci-  
 sio. Ibi sic legimus: Statuā fœdus meū  
 inter me & te, & inter semē tuū post te,  
 in generationes ipsorum, in fœdus per-  
 petuum, vt sim tibi in deum, & semini  
 tuo post te, terrā peregrinationis tuæ  
 cun-

eunctam terram Chanaan. in possessio-  
 nem perpetuam: & ero vobis in deum.  
 Et dixit Deus ad Abraham: Et tu custo-  
 di fœdus meum, tu & semen tuum post  
 te in generationes suas. Hoc fœdus me-  
 um quod custodietis, inter vos, & inter  
 semen tuum, post te. Circuncidatur vo-  
 bis omne masculum, & circuncidatis  
 carnem præputij vestri, & erit in signũ  
 inter me & inter vos. Et filius octo di-  
 erum circuncidetur vobis. omnis mas-  
 secundum generationes vestras, na-  
 tus domi, & comparatus pecunia, de  
 omni alieno filio, qui non est de semine  
 tuo. circuncidendo, circuncidatur, em-  
 ptus pecunia tua: & erit mihi fœdus  
 meum in carne vestra, in fœdus sempi-  
 ternum.

In his verbis admodũ clarè describitur  
 fœdus dei initum cum Abrahamo, &  
 eius posteritate, signo circũcisionis. Et  
 quia duas res dominus Abrahamæ obtu-  
 lit, fœdus ipsum, & fœderis signũ, ideo  
 vsus est etiam synechdochis, quibus v-  
 num ex altero intellexit, verba sua quæ-  
 dam ad duo simul retulit. Primũ enim



cum ait, Statuam fœdus meum: quia hoc fœdus statuit cum Abraham per circumcisionem, postea ipsam quoque circumcisionem fœdus vocauit. Certum est, hoc verbo Dominum vsu synechdochicis vt & ad fœdus ipsum, & ad fœderis signum referatur. Fœdus definit ipse, constitutum Abrahæ & eius posteritati, eo quod illis se Deum præstaret, & terram Cœnaan traderet, in qua ipsum colerent. Cum verò postea dicit deus ad Abraham: Custodies fœdus meum, &c. Itē, Hoc est fœdus meum, quod custodietis: circumcidatur vobis omnis mas, certum est, & verbum hoc custodire, vsurpasse synechdochicis. Manifesto enim manifestius est, dominum hoc verbum retulisse ad circumcisionem, quam obseruandam fanciuit, etiã sub pœna excisionis de populo suo. At cum circumcisio non agnoscentibus dominum vt Deum suum, & vera fide colentibus, vertitur in præputiũ (quandoquidem vera circumcisio nõ est ea, quæ manifesta est in carne iuxta literę præceptũ, sed quæ est circumcisio cordis in spiritu) dubita

ri non potest, dominū verbum illud custodire, multo magis retulisse ad fœdus ipsum, vt illud religiosè seruarèt, prestādo se deo in populū, & colendo Dominum vt deum suum. custodire itaq; alterum verbum, est hīc vsurpatum synechdochicōs.

Iam, cū hīc quoq; dicit, fœdus suū esse circuncisionē, quā tamen mox signū fœderis vocat, & pro circuncisionē nō habet quæ non cordis sit: quis non videat & pronomen hoc demonstratiuū n̄ & nomen fœdus synechdochicōs accipi, vt pronomen n̄, duo demonstrat, & fœdus ipsum, & fœderis signum, circuncisionem: Fœderis verò nomen item ad duo referatur, ad fœdus ipsum, & ad circuncisionem, fœderis signum, sicut hoc nomen & postea vsurpauit, dicēs: Et erit fœdus meum in carne vestra: Fœdus enim ipsum non in carne, sed in gratuita dei beneuolentiā, & beneficentiā consistebat, & fide populi: circūcisio signum huius fœderis erat in carne. Placet verò domino sic loqui nobiscum, & sua offerre dona, quæ certis

signis sensibilibus pro naturæ nostræ conditione offerre dignatur, vt sicut ipse, signum & signatum in donis suis, verbis simul complectitur, nos ea non distrahamus: sed signa, quibus ille sua celestia dona offert, ea fide suscipiamus vt significata per hæc signa, spiritalia dona præcipue suscipiamus, atq; complectamur: sed nec signa etiam, quæ dominus instituit, & quibus se prædicat, sua nobis vitæ æternæ conferre beneficia, contemnamus, & quam per hæc constituit nobis disciplinam, & sanctæ in se communicationis obseruantiam, adsparnemur. Potest quidem ille sua beneficia quibus vult, absque vllis signis exhibere. Dum autem ea certis nobis offert signis ea signa nos si negligamus ipsa quoq; beneficia repudiamus. Non enim nos ipsi, sed ipse nobis præscribere debet, qua eius dona ratione percipiamus.

Similẽ sermonẽ dei, quo donum inuisibile, signo visibili exhibuit, legimus, 1. Reg. 11. de Propheta Ahiah Silonite, & Ieroboã. Legitur enim illhic, hunc  
Pro.

Prophetā, nouum pallium suum disci-  
disse in duodecim partes, atq; dedisse  
Ieroboā decem partes, his verbis: Cape  
tibi denarium scissurarum, nam sic dicit  
dominus Deus Israel: Ecce ego scindo  
regnum de manu Salomonis, & dedi  
denarium tributum. Hic verbum (Acci-  
pe) omnino ad duo refertur, ad partes  
decem scissi panni, quas Ieroboam ma-  
nibus accepit, & ad Regiam potestatē,  
quam debuit suscipere fide, per hoc si-  
gnum.

Hęc iam exēpla sufficiant de Synech-  
doche, quæ inest verbis cœnæ, dum re-  
spōdendum erit aduersarijs illis, & qui  
vel transubstantationem panis & vini,  
in corpus & sanguinem Christi, vel cō-  
prehensionem eius sub pane & vino  
ponūt permanentem: & qui cœnā do-  
minicā Christo penitus euacuāt. Porro  
quā constat verba illa λαβετε, φάγετε  
synechdochica esse, & ad res duas refer-  
ri, easq; longē diuersissimas: est & illud  
hic obseruandum, ea cū referuntur  
ad symbola, accipi simpliciter, vt sym-  
bola scilicet capiantur in manus, & mā

ducentur, bibanturq; ore : at cūm refe-  
runtur ad ipsum domini corpus & san-  
guinē, μεταφορικῶς. Edere enim simplici-  
ter si accipiatur, actum significat corpo-  
ris, quo cibus ore sumitur, dentibus mā-  
ditur vel deglutitur, ac in ventriculum  
trañcitur: sic & bibere significat actum  
corporis, quo potus haustus ore, demit-  
titur in ventriculum. Iam in cōfesso fuit  
semper in Ecclesia, & Scriptura id eui-  
denter quoq; docet, Christi corpus &  
sanguinem non esse cibum & potū cor-  
poris, nec simpliciter tribui his, edi & bi-  
bi, sed per similitudinē, ac ideo μεταφο-  
ρικῶς. Sicut enim panis commestus, & vi-  
num bibitū alunt corpus, viresq; & vi-  
tam sustentāt, ita corpus & sanguis do-  
mini fide & energia Spiritus sancti alit  
hominē in vitam nouā, viresq; huius vi-  
te, & vitam ipsam sustentat: vitā qua iu-  
sti fide viuunt sua.

Obseruādum pręterea & verbū istud  
Bibite ex eo omnes. Hoc ipsum enim  
(omnes) & ad summptionem panis per-  
tinere quis dubitet? Hinc igitur certē  
discendum, sic dominū sacram cœnam

SACRI MINISTERII. 197  
instituisse, vt ea communicent præsen-  
tes omnes, non sacrificium ex eo face-  
re, quod vnus peragat pro multis. Deo  
Dominus vt hoc aliquando probè per-  
pendatur.

Postremò valde obseruanda est ver-  
borum hîc & actionum connexio. Ac-  
ceptum panem in manus, actis gratijs,  
fregit, dedit, iussitq; sumere omnes, &  
hæc religiosè omnia obseruantib. His,  
his demum præbet suum corpus & san-  
guinem. Diligenter itaq; duo hæc di-  
scenda sunt, corpus & sanguinem Do-  
mini dari ab eo non pani & vino, sed di-  
scipulis, & non in alium vsu, quàm ad  
manducandum, & bibendum: Panem  
quidem & vinum corporaliter, corpus  
& sanguinem domini spiritualiter. Nec  
enim simpliciter de pane dixit Domi-  
nus: Hoc est corpus meum: Et de vino,  
Hic est sanguis meus: sed de pane & vi-  
no, qui sumatur à discipulis, vt ipse ius-  
sit. Hoc quoniam minus obseruatum  
est, sed verba ista: Hoc est corpus me-  
um, hic est sanguis meus ab alijs quasi  
decerpta, & præcisa, ac ita in se sola cõ-

siderata sunt: Et quæ præcedunt Domini verba, quasi ad hæc non pertinerent, ab horum verborum consideratione seiuncta: introductæ sunt duæ illæ opiniones infinitarum impietatum, & superstitionum parentes, transubstantiationis panis & vini, in corpus & sanguinem Domini, & permanentiæ corporis & sanguinis Christi, sub speciebus panis & vini, etiam extra usum cœnæ dominicæ à Domino institutum. Obstabat totum de incarnatione domini Euangelium, quominus possent dicere, vel panem esse corpus, & vinum esse sanguinẽ domini, vel panis viniq; species.

Cum itaq; laborarẽt de eo horum verborum intellectu, quo vera apparet hæc oratio: Hoc est meũ corpus: &, hic est sanguis meus per se, tandem excogitata est opinio transubstantiationis, & reiecta iam verba illa domini erant: Accipite, bibite: adiecta est & opinio permanentis corporis & sanguinis Dñi sub speciebus panis & vini, dum illę saluę essent, etiamsi nunquã fuissent sumptę.

pta. lam cùm hoc cõstitutum esset, per se consecutum est, Christum in his speciebus presentem, debere adorari, collicq; cumq; hominibus verus Dei cultus, qui pietate cõstat, nũquam placet, noui subinde sunt cultus excogitati. Aliquando tantũ in pyxide aliqua feruabantur panis iste, & sanguis in altari, loco non perspicuo: talibus vasis ferebatur ad ægrotos: postea singulares, vt affabrè exculte ædiculæ, vel turriculæ extructæ sunt, & ante has suspensæ lampades: postea sequutæ sunt Monstrantia, pompæq; illæ processionum. Vno enim admissõ errore, plures insequabantur.

Sequitur in hoc loco Matthei: Dico verò vobis, Deinceps nõ bibã de hoc fructu vitis. Hic obseruandũ, dominũ (vt quàm plenissimè exprimeret symbolũ hoc in sua natura nihil mutari) maluisse dicere, Fructum vitis, quàm vinũ & ait, de hoc fructu, vino, quod biberant. His ergo clarissimè docuit dominus, vinum in sua coena non mutari in sua natura. At cùm de hoc symbolo



constat, vt constat, de altero item rectè  
concluditur.

Nec mouere debet, quòd Lucas hoc  
domini dictum memorat, vt subiectũ  
statim ad calicem primum circumlatũ  
à domino, quem non fecerat sanguinis  
sui sacramentum: vnde transubstantia  
tiones possint sibi aliquid fingere argu  
mentĩ, Dominum non bibisse vinum  
post priorem calicem initio mensæ cir  
cumlatum. Ergo in posteriore calice  
non vinum, sed tantũ suum sanguinẽ  
exhibendum præbuit. Verũ constat,  
Euangelistas, actiones Christi nonnun  
quam narrando anticipare, quæ tamen  
re vera posteriore loco contige  
runt. Verũ non licet ex in  
uerso narrationis ordine,  
rerum quoque se  
riem inuer  
tere.

Finiunt

*Finium D. Buceri scripta: quæ sequuntur ex prælectionibus eius sunt collecta.*

**D**E sacra Eucharistia, vt de omnib. sacris mysterijs, loquendū est, qđ fieri potest clarissimè ac certissimè, ac etiam cautissimè, vt & filij Dei, mentē Christi percipiant plenissimè, & alieni quàm minimum inueniant occasionis, veritatem Christi, vel peruertendi vel obscurandi. Istud assequi nō possumus melius, quàm verbis vtendo Spiritus s. religiosè & ritè explicatis, atq; omni falso rerum intellectu excluso, tum affirmando quæ sunt huic mysterio consentanea, tum negando quæ contraria. Fatendum enim est, Spiritum s. omnia salutis nostræ ministeria, & perspicuitate, & certitudine, & cautione sūma tradidisse. Spiritus sanctus verò, & Christi ipsius, & Apostolorū ore, & scripto tradit nobis mysterium Eucharistiæ, vt omnium aliorum sacramentorū verbis & ratione tradendi & præbendi, atq; accipiendi

Et præberi hīc atq; percipi, tria affirmat, symbola, panem & vinum, corpus

& sanguinem domini, & confirmationem noui Test., atque remissionis peccatorum. Nam acceptum panem & vinum, actis gratijs, dedit discipulis suis edendum & bibendū, adiecitq; se his signis tradere eis corpus suū immolatum pro nobis, & sanguinē pro nobis fufum. Dixit item, hoc sanguine nobis confirmari nouū fœdus gratiæ, & donari peccatorū remissionem. Vsum & perceptionem legitimam huius sacramēti, definit esse corporis & sanguinis Christi illam *κοινωνία*, qua vnus panis sumus, & vnum corpus multi, quicūq; de vno pane, & vno calice domini participamus: Corpus illud indubiē cuius Christus caput est, & in quod baptizati sumus. Regeneratione enim facti sumus membra corporis huius, caro de carne eius, os de osibus eius, vnā cum ipso caro, 1. Cor. 12. Eph. 5.

Traditur itaq; & percipit̃ in Eucharistia, cum legitimē administrat̃, & percipitur, illa cum patre & filio, sanctisq; omnibus cōmunio, de qua Ioannes primo capite Epist. suæ, illaq; vnitas cum patre &

patre & filio, & sanctis omnibus, quam orauit nobis dominus Ioa. 17. qua Christus est in nobis, sicut pater in eo, & nos in ipsis, patre & filio. De qua cōmunione dominus & illud dixit: Qui manducatur carnem meam, & bibit sanguinem meum, manet in me, & ego in illo. Ista cōmunio & vnitas, est regenerationis cælestis, nouæ creaturæ, mysterij magni & diuini. Hęc igit, nisi fide cognoscitur, ac percipitur: & effectis, id est, iudicio, voluntate, & actionib. nouis, cælestibus ac diuinis deprehēditur ac sentitur. Omnes igitur sensibiles mundi imaginationes, omniscogitatio loci, cōtinui, aut contigui, aut cōmitionis, ab hac cōmunionē & vnitate remouēdæ sunt, admirandaq; in verbo Dei est apprehensa, & effectis eius, operibus noui hominis, suspicienda, pensitanda, & fruenda. Spiritus S. non satis habuit nobis testari, quòd Christi donamur spiritu & merito, atq; intercessione actuq; eius viuimus. Prædicat præterea ipsūmet esse nobiscum, habitare in cordibus nostris, esse caput nostrū, nos esse

in ipso, & illum in nobis. Et hæc eius cōmunionem dari nobis, & percipi à nobis sacramento Eucharistiæ affirmat. Prædicanda igitur & nobis hæc sunt, atque affirmanda.

Metaphoræ hæc sunt, & translatae locutiones, vt omnes, quibus res regenerationis explicamus. Quas enim animalis homo nō percipit, his rebus nec nominare potest propria: sed metaphoræ hæc sunt Spiritus sancti, quibus nullę possunt excogitari magis propriae, magis significantes, & illustres. Nō igitur conuenit, vt has metaphoras interpretari conemur verbis proprijs, quæ nos omnino destituunt, in cunctis rebus regenerationis. Nec par est, vt plenitudinem earū extenuemus metaphoris exilioribus, & nostræ naturalis mēti magis cognatis. Cauendum est, ne præceptū dñi dilucidum ubiq; illuminatos habētibus oculos fide, nullis superstitionis grandiloquentijs obscuremus. Rursus autem cauendum est, ne pondus & maiestatem mysteriorum Christi, quę Spiritus sanctus credenda magis, quā perscr-

scrutanda (nostra quidē ratione) propo-  
 suit, imminuamus interpretationibus,  
 quæ magis ex nostris proficiscunt cogi-  
 tationibus, quæ ex ipsis Dei verbis, &  
 natura mysteriorū eius. Verbū caro fa-  
 ctū est, vt vna *ὁ ὡς αὐτὸς* sit deus & homo  
 vt idem homo verè terrenus fuerit, &  
 mortuus, resurrexerit quæ à mortuis, atque  
 cōscenderit in cælos, sitque nunc cęlestis  
 sedeat ad dexterā Patris, regat, imple-  
 atque omnia, rediturus in nubib. conspi-  
 cuus totī orbī, & iudicaturus viuos &  
 mortuos, quos omnes necesse sit, sua re-  
 sumere capita. hæc profectō omnia ita  
 superāt captum hominis, vt sola fide à  
 nobis apprehēdi necesse habeant. Fi-  
 des horū, quia est exercitata, & vsu diu-  
 turno cōfirmata, clara & perspicua hæc  
 (vt sunt omnia Christi mysteria solidē  
 credentib.) vident: obscura fierent no-  
 bis, si nobis indulgeremus inquirere in  
 illa pro ratione mētis nostræ, sua sequē-  
 tis principia naturalia. Est Christus no-  
 ster sēper simul deus & homo, & caput  
 sanctorū omniū, primogenitus filiorū  
 dei. Ita igitur naturarū idiomata obseruā

da sunt mente, & exprimēda verbis, vt nullis cogitationib. vnitas hypostatica distrahatur. Nihil autē magis consentaneum esse potest, atq; sit sermo dei. Omnino igitur consentiunt & consonāt quæcunq; Scriptura prædicat de Christi apud nos existētia, perceptione, māfione, habitatione, māducatione, cum ijs testimonijs, quib. prædicatur mundum reliquisse, in cælis agere, & habere verum corpus: ac proinde circumscriptum, ac definitū. Cū ergo agitur de hoc mysterio, vel Eucharistiæ, vel simpliciter præsentia Christi apud nos (in habitans enim in nobis, & existens in medio nostri, cur non diceretur præsens?) alienum est, locos Scripturæ obijcere, qui testantur Christū reliquisse hunc mundū, & agere in cælis, idq; verum hominē, corpus verum habentem & ideo circumscriptum corpus, quod diffundi in omnia vel multa simul loca nō possit. Est enim præsentia hīc Christi, siue verbo, ea tantūm, siue sacramento etiam offeratur, aut testificetur, non loci, nō sensus, nō rationis, non terræ:  
 sed spi-

sed spiritus fidei, cælorū, quatenus in  
 hos per fidem subuehimur, & colloca-  
 mur cum Christo, eumq; in cælesti sua  
 maiestate apprehēdimus & complecti-  
 mur, vtrūq; speculo & ænigmate ver-  
 borum & sacramentorū sensibiliū indi-  
 catum & oblatum. Antichristi autē per-  
 suadent simplicioribus, ex his verbis  
 nos hīc habere & percipere Christum  
 præsentem, modo aliquo huius seculi  
 vel inclusum, vel coniunctum cum pa-  
 ne & vino, aut sub harum rerū accidē-  
 tijs, ita, vt ibi debeat adorari & coli. Do-  
 ceant igitur dociles, præsentiam Chri-  
 sti in Eucharistia nullam haberi, nisi in  
 legitimo eius vsu, & quæ fide sola, cum  
 apprehenditur, tum tenetur: cæteri re-  
 linquantur, vt cæci, duces cæcorum, &  
 plantatio quam pater cælestis nō plan-  
 tauit. Qui enim ex Deo nati non sunt,  
 verbum Dei non audiunt.

Auertendæ autē horum technæ sunt  
 & fraudes. Sed hæc nō nisi verbo Dei ri-  
 tē explicato, auerti possunt: & non nisi  
 ab ijs, quos dominus ipse docuerit no-  
 stro ministerio. Boni etiā, cum audiunt  
 hīc dari & accipi, haberiq; præsentem



Christum, localem quandam imaginā tur præsentiam. Imaginantur etiam hi nonnunq̄, deum ipsum vt circumscriptum loco, & humano indutū corpore. Doceātur igitur semper hæc mysteria esse cælestia, & captum omnem superare humanū, inq̄ solo Dei verbo esse apprehendenda, & cognoscenda, longe ab animis repellendas omnes huius seculi rationes: verbū Dei testari, Christum verum hominē, & verum corpus hominis habere, & cum illo subiectum in cælis, mundum hunc reliquisse. Non igitur in hoc mundo eum vlla ratione mundi requirendū, sed ita, vt ille sese offert, existētem in cælis, & percipiendū non sensibus, nec ratione, sed fide. Hos verò cælos, quia sunt supra omnes cælos, equidē definire nō ausim, nisi Scripturæ verbis, & non nostræ rationis prædicamentis. Scripturæ autem illos, non nisi maiestate ac beatitudine diuina definiunt, nō locorum intercapedibus, clareq̄ testantur, eos in cor hominis non ascendere.

Quæ s, Patres, de loco pprio corporis  
Christi

Christi in celo scripserunt, ijs equidem non video, quid valuerint dicere amplius, quã seruanda esse in Christo naturæ vtriusq; idiomata: & diuinæ naturæ *idiotica* esse, esse vbique, implere omnia, etiam per substantiam: humanæ autem, esse definito loco, & conditione, & non diffundi, vel in multa, vel in omnia loca. Hæc vera, & Scripturis consentanea sunt, etiamsi non tribuatur corpori locus in cælis ex quarto Physicorum. Et contineamus nos in his præcisè, quæ Scriptura de cælis, & Christi sessione in cælis prædicat. In tantis mysterijs religio mihi est, vel sancto rû patrû autoritate locutiones vsurpare, quæ in Scripturis vsitatæ nõ sunt. Quò enim illis nos traduxerit Satan & Antichristus, deploramus omnes. quæ de causa, vt illa sanctorum patrum dicta, de mutatione symbolorum, volo reuerenter, in sanum & ipsorû sensum interpretari, ita vsurpanda nunquam concessero. Nimis enim aliena sunt à verbis dei, & merent hodie Antichristis ad horribilem illam supra omnes

idololatriam. Sic etiam, si quid sancti patres inueniantur de hoc loco Christi caelesti scripsisse ultra id, quod Scriptura certò docet, id quidem nō irreuerenter volo reijcere, nec de eo cum quoquam pugnare, tantū deprecor, ne inde dogma constituatur, & vt ego in simplicitate scripti verbi dei relinquer. Sed dicitur: Ne exercitati quidem fide homines, possunt excludere cogitationem localis, vel locali similis presentie Christi in pane, cū audiunt, eo nobis Christum dari, & percipi, haberiq; presentem in sacra coena. Propter nostrā autē imbecillitatem, nō video esse corrigendam linguam Spiritus sancti, aut villo modo admittendum, vnde possit videri, Spiritum sanctū non locutū esse satis cautē & communiter, & tam ad fidei ædificationem, q̄ ad omnis erroris exclusionem appositissimè & efficacissimè. Iā sunt Christi verba: Vbi duo vel tres in nomine meo cōgregati fuerint, ibi ego ero in medio eorum. In eucharistia ritè celebrata coitur in nomine Christi. In mundo nos sumus & alibi,

rubi, & ubi ubi sumus, Christus est in  
 medio nostri, qui tamen in mundo nō  
 est, & habitat in cordibus nostris, sed fi  
 dei, nulla sensuum, vel rationis cōpre  
 hensione, aut contactu. Et quomodo  
 absit caput corpori suo? Definitio igitur  
 præsentiā Christi, quæcunq; à nobis  
 percipitur, vel sacramentis, vel ex ver  
 bo Euangelij tantū, esse apprehensio  
 nem & fruitionē Christi, dei & homi  
 nis, vt nostri capitis regnantis in cœlis  
 et manentis atq; viventis in nobis, quā  
 nulla ratione huius seculi, sed fide per  
 cipimus & fruimur, oblatam verbo &  
 sacramentis: vim autem eius percipi  
 mus cunctis nostri partibus, & virib.  
 cū Christi spiritu illæ sanctificantur &  
 ad obedientiam, vitamq; dei renouan  
 tur. Præsens enim dicitur secundum a  
 liquam eius, cui quis præsens dicitur,  
 perceptionem. Ita adesse, & præsentes  
 esse dicimus, quos auditu tantū, vel vi  
 su adesse percipimus. Cū iam perce  
 ptio fidei sit multò certior, omni cōpre  
 hensione sensuum, vel rationis: quare  
 non dicamus Christum caput nostrum

præsentem nobis suis membris, apprehensum fide, & viventem, inhabitantemq; in nobis:

Dicitur autem: Sancti Patres interpretantur Scripturas, quæ de præsentia tractantur domini, apud nos degentis adhuc in hoc seculo secundum diuinitatem Christi, secundum maiestatem eius, secundum providentiam eius. Verum: sed dominus dixit: 'Ego sum vobiscum. Et Paulus, Christum in nobis viuere, & habitare: sed & sancti patres ipsi, nos Christum habere præsentem per baptismatis sacramentum, & per altaris cibum & potum. Et præsentiam carnis vocant eam, quæ sensibus percipiebatur, opponuntq; ei quæ fide habetur. Fides sanè totum Christum, deum & hominem complectitur, præsentem que tenet, & secundum diuinitatem est non tantum in coetu suorum, & membris, verum etiam ubique. At non sunt contenti quidam, nisi dicatur corpus & sanguis haberi præsentia in cœna realiter, carnaliter, substantialiter. Omnes ambigua voces, prudentibus & bonis.

bonis viris vitantur in omni oratione, quanto magis ergo vitandæ sunt in mysterijs Christi: Deinde voces exoticæ, id est, diuinis scripturis non vsurpatæ, meritò repudiantur nobis in tractandis Christi mysterijs, nisi cùm adhiberi vtiliter possunt ad explicandam veritatem Christi. Hæ autem voces ambiguarum cùm sint, doctrinam magis obscurant: nulla igitur ratio sinit, vt eas vsurpemus. At quando, si negemus Christum percipi in eucharistia realiter, & substantialiter, videmur contraria harum vocum affirmare, id est, percipi eum fictè & accidentaliter, optarim eas voces in totum repudiari, nec admitti eas siue negando, siue affirmando. Si quando autem res ita ferat, vt propter tuendam Christi veritatem apud filios dei contra aduersarios, voces istæ in disputationem ingerantur, equidem definirem has voces: et si quis vellet per adesse dominum realiter & substantialiter intelligere eum percipi fide re ipsa, & substantiam eius, darem. Sin aliquid præsentia huius seculi his vocibus vel

let admiscere, negarem: Reliquit enim dominus mundum hunc.

Voces carnaliter & naturaliter, quoniam perceptionem sensuum innuunt, nunquam admiserim. Ex his existimo perspicuum esse, Scripturæ divinæ esse consentaneum, & dignum religione nostra in deum, & Scripturas eius, in quibus totam veterem ecclesiam: & accommodantes nos verbis domini, apostoli, & veteris ecclesiæ, dicimus dari & accipi, corpus & sanguinem domini verum, id est, Christum ipsum, deum & hominem: dari autem verbo & symbolis, percipi verò fide, & dari eum ac percipi, ut plenius maneamus, & vivamus in eo, et ille in nobis. Cumque dicitur percipi non posse, quod iam habetur antè: ad eucharistiam autem qui accedit, non habens in se Christum, eum mortem ibi, non Christum sumere: puto facilem esse responsionem, dandum nobis, & accipiendum Christum esse, donec nihil nostri sit in nobis: sed ipse omnia, nos toti in eo, nulla ex parte in nobis. cõmunionem, n. Christi, eam quam baptismate  
 ptismate

Imate percipimus, dicimus, eucharistia confirmari & augeri, sed id fit Euangelio fide audito, ac lecto: nec quicquam eucharistia plus habet aut confert, nisi quoniam ea & visibilia Christi verba adhibentur, eaque non inefficacia sanctis: Instituto. n. domini adhibentur, cuius omnia verba, & instituta, sunt vita & spiritus. Ex his itaque puto intelligi, quid credam de prebitione, aut exhibitione, atque perceptione, ac communicatione corporis & sanguinis Domini in sacra coena, eaque cum Scripturis & doctrina veteris ecclesiae recte congruere. At quia fateor dari, & accipi in sacra coena Christum, id est, communionem saluificam, rogatur quis eam det, ac praebet, & an pane, ac vino. Cum itaque equidem dicere rogar, de dante & praebente corpus domini, id est, viuificam horum, totiusque Christi communionem, dico Christum, qui in medio suorum est, cuiusque haec verba sunt: Accipite & manducate, principem & efficacem datorem esse sui ipsius: Ministrum autem ita ei ad hanc suam praebitionem ministrare, sicut ad eam, quam Euangelio



præbet, & baptisinate: propter quod ministeriũ, Paulus rectè scripsit, se Corinthios domino per Euangelium genuisse, & Christum ipsorum cordibus inscripsisse, & Galatas parturisse. Si vero de vsu hinc panis & vini rogor, respõ deo, signa esse exhibitua, quib. dominus ita sese panem cælestem & vitæ æternæ exhibet, & præbet, sicut discipulis suis præbuit spiritum sanctũ, signo afflatus oris sui: & sicut tactu manus, multis contulit sanitatem corporis & mētis, sicut visum, luto factõ & sputo, sicut circuncisione carnis, circuncisionem cordis, sicut baptisinate, regenerationem. Fide paternæ dei charitatis erga nos, viuimus vitam æternam. Hæc fides eo nititur, alitur, & prouehitur, quòd Christus filius dei, se, & meritum omne suum donat nobis, viuítq; in nobis: peccato liberatos, excitabit à mortuis, in uitam perfectè cælestem & beatam: proinde cibi & potus symbolis, voluit dominus hinc vti, & dare carnem suam manducandam spiritualiter, symbolo panis manducandí corporaliter:

&amp;

& sanguinem suum bibendū spiritaliter, symbolo vini bibendi corporaliter. Eandem enim (vt dictum) dat sui communionem in cœna per symbola, & verba sua, quam cōmendauit Ioan. 6. tantū verbis.

Si rogor, quæ possit esse cōiunctio gloriosi corporis Christi, existentis in cælis, & certo cœlorum loco, cum pane corruptibili, contento in terra & loco sensibili: Respondeo, eam, quæ est regenerationis cum tinctione aquæ, & quæ Spiritus sancti cū flatu oris Christi: pacti coniunctionem esse dico vt qui fide vera, viuaq; communicant his signis corporaliter, spiritaliter verò percipiunt confirmationem & incrementa communionis corporis & sanguinis domini eius, quæ sunt membra Christi, caro de carne eius, os de ossib. eius, vt sint hæc perfectius.

Extra vsum igitur institutum à domino huius sacramenti, manducationis, & bibitionis, qui hæc signa præsentia Christi signa facit, abominandam inuehit idolomaniam, & qui etiam ea

sumit manducanda & bibenda sine vi-  
ua fide Christi, adeò nihil eius percipit  
alimoniam, quam hinc suis præbet domi-  
nus, vt mortem sibi sumat & conde-  
mnationem. Qui planè impij sunt, eos  
nihil Christi sumere ex sacra cœna di-  
co: qui credunt, nec tamen rectè diju-  
dicant hunc cibum, vt Corinthij qui-  
dã ab Apostolo culpantur. vt hos non  
possim negare Christum fide, quam  
habent in cœna percipere: ita non di-  
xerim eos Christum manducare post-  
quam fidem hinc nõ rectè exercēt suam  
religiosa tantorum mysteriorum diju-  
dicatione, quæ est spiritualis huius ci-  
bi manducatio: similes enim tales sunt  
ijs qui sumptum ore cibum, vel non  
mandunt, vel in ventriculum non  
demittunt, vel demissum non conco-  
quunt, aut mox, aut paulò post reijciunt.

Si de verbis domini rogor, Hoc est  
corpus meum, quid hinc demonstret  
(Hoc) dico sensui panem, mentē cor-  
pus domini, vt fit in omnib. locutioni-  
bus, quib. signis sensibilib. res insensibi-  
les exhibentur, vt sensus sit, Hoc, quod

do vobis isto signo, est corpus meum, quod pro vobis traditur: sicut dixit spiritus sanctus de circumcissione: Hoc est fœdus, &c. Gen. 17. id est, id, quod sanctio vobis hoc fœderis signo, est fœdus inter me, &c.

Contra transubstantiationem obijcio, Hoc poculum est nouum testamētum: Hoc, id est, circumcissio, est fœdus: Et, Verbum caro factum est. Ex his. n. dictis nō potest concludi transubstantiatio, aut poculi, aut circumcissionis in fœdus, vel verbi domini in carnē. Non igitur ex ista locutione domini qua præbendo panē, dixit: Accipite, Hoc est corpus meum, concludi potest panis transubstantiatio in corpus domini. Nec enim talis omnis locutio, aut vlla etiā in omni Scripturā talē transubstantiationem, atque Papistæ hīc fingunt, significat. sine autem auctoritate certa Scripturæ, nullus est fidei articulus constituendus. Itaq; constare existimo, in Eucharistia tres res dari, & accipi à communicantibus mensa domini, panem & vinum in se nihil

demutata, sed symbola tantum facta verbis, & instituto domini, corpus autem & sanguis domini, ut his magis communicemus, communicatione regenerationis, vel, si mauis, ad communionem horum perfectiorem, aut magis in nobis perficiendam confirmationem hinc noui testamenti, remissionis peccatorum, & adoptionis nostri in filios dei.

Symbola cum Irenæo, dico rem terrenam: communionem domini, & effectuum eius, confirmationem noui testamenti, voco rem caelestem, ac ideo fide tantum apprehendendam, & nullius huius seculi cogitationibus inuoluendam.

Et quia hinc admonemur non tantum Christi nostri, aut communionis eius, verum etiam percipimus, malo dicere iuxta domini verba: Accipite, & manducate: & pane & vino dari corpus & sanguinem domini, dominum quæ significari: & panem hinc signum esse corporis domini exhibitium, quam signum simpliciter. Vnde & patrum aliqui, præsen-

SACRI MINISTERII. 221  
præsentandî hîc verbo rectè vsi sunt.  
Quod præcipuum enim hîc est, id præ  
cipuè puto exprimendum: omnino au  
tem præbendî verbum est: Accipite.

Dominus det nobis idem loqui  
ad certam fidei apud om  
nes ædificationem.  
Amen.

F I N I S.

A 1927457

THE HISTORY OF THE  
CITY OF BOSTON  
FROM 1630 TO 1800  
BY  
JOHN H. COLEMAN  
VOLUME I  
1888













